Dubion conditam et dedicatum refert; et continuo sic pergit: **անդ զննն եւ զնշխարս սրբոյն Յիզաբուղտեայ եւ զԳաւթի վկային** (11), ibi deposuerunt et reliquias sancti Isbozetæ Davidisque martyris. Scilicet aliquanto temporis intervallo antequam S. David ei fuit in tumulto sociatus, ipse S. Isbozetes in ecclesiam patriarchalem Armeniorum illatus est eique tunc primum exstructa est aedicula quam memorat Iohannes Catholicus. Ubinam antea quieverit, quando et a quo eius ossa fuerint elevata, e documentis qualia nobis prostant evinci non potest.

AUGUSTE
P. P.

16. Quin immo valde dubium est num S. Isbozetes ad ecclesiam Armeniam vivus pertinuerit et mortuus ab ea statim coli coeptus sit. Utique in Passione nostra coram armenio clero fidem christianam primum aperte professus esse dicitur (12); neque res aliter ac nobis narrata est accidisse putanda est. Nam praeter clandestinum illud Huzainorum sacellum Sancti Gregorii Manağirh in Dubion nulla ecclesia christianorum erat nisi armenia. Sed quid postea? Ipsi Persae ad restringendum incendium Armenios advocarunt ac dein ab iis discesserunt; discessit et Machoz noster neque exinde ullum cum Armeniis commercium habuisse memoratur. Menander certe non audivit heroicae virtutis facinus quod versibus prosecutus est, in secta contigisse quae hoc ipso tempore adversus Graecos vetera odia refricueral. Reliqua omnia indicia, ipsaque lotius narrationis colligatio potius suadent, eum qui fuerat Machoz magus, postquam ad christianam religionem transierit, civium suorum fidei et communioni adhaesisse. Quippe Raziceni martyris exemplo ad evangelium allectus, in Dubion cum Huzainis, ut admodum verisimile est, per aliquot annos versatus est, ad memoriam eiusdem martyris, quam Armenii sicut nestorianorum latibulum suspiciebant (13); a sacerdote Raziceno doctrinam christianam addidici; ab eodem baptizatus est et persico nomine appellatus fuit (14); demum ei morienti latro quidam Huzainus venerationis signa exhibuisse fertur; Huzainus, inquam, idemque christianus, fide et genere, sin minus vitae consuetudine pertinens ad coloniam illam in quam hoc ipso tempore Narses catholicus tam acriter invehebatur et cuius proprium sacellum paucos post menses eversurus erat (15). Adde colorem quandam persicum quo tota narratio perfusa est. Quae omnia eo sunt notatu digniora quod ab armenio scriptore — ne dicamus interprete — tradita sunt, qui profecto nihil curabat ut S. Isbozetam ecclesiae persicae proselytam fuisse ostenderet. Neque rerum inaudita quadam perturbatione contigit ut martyr ex Huzainorum coetu inter sanctos armenios postea referretur: ipsum quippe Gregorium Razicenum, cuius sacra-

S. Isbozetes
ecclesiae
persicae
alumnus,

E

F

post
obitum ab
Armeniis
adoptatus.

historium-
cula
ficta est

post aedi-
ficatum
eius
sepulcrum.

(1) Passio § 9. — (2) Vide infra, num. 21, p. 201. — (3) Adverte in Passione genuina hoc loco nec fideles armenios nec armeniam ecclesiam nominari. — (4) Cogitandum non est de sacello S. Gregorii Pirangušnasp, quod a Narsele catholico funditus eversum superius legimus. Vide supra, num. 4, p. 193. — (5) **Ս ս ր ք շ ա յ կ ա կ ա ն ք** [= Bibliotheca Armenia, t. XIX, Venetiis, 1854], p. 95. — (6) Ed. EMIN, t. c., p. 41. — (7) S. Vardanus, dux Armeniorum († ca. 554); de quo BHO. 1237-1240. — (8) **զի յառաջ յարկեայ ե ի վկայեմ կազմեալ էր նա ի սրբոյն վարդանայ**. IOHANNES CATHOLICUS, t. c., p. 41. — (9) SE-

BEOS, ed. K. P(ATKANIAN), **Պատմութիւն Սեբէոսի Եպիսկոպոսի ի Հերակլէն** [= Historia Sebeos episcopi de Heraclio, Petropoli, 1879], c. 1, p. 26; F. MACLER, *Histoire d'Héraclius par l'évêque Sebêos* (Paris, 1904), p. 5. — (10) IOHANNES CATHOLICUS, t. c., p. 38. — (11) *Summa historiae*, t. c., p. 67. — (12) Passio § 2; infra, p. 206. — (13) Narsetis catholici Armeniorum querelas iam rettulimus, num. 4, supra, p. 193. Qua exceptione temperandae sint, vide infra, num. 17, p. 200. — (14) Supra, num. 11, p. 196. — (15) Supra, num. 4, p. 193.

rium

AUCTORE P. P. Cultus eius apud Graecos

rium iidem Armenii diruerant, eorum nepotes ultro civitate donarunt.

17. Apud Graecos etiam sanctum martyrem celebratum fuisse iam ex Menandro Protectore audivimus (1). Quin immo in eorum fastis liturgicis inscriptus fuit: non enim dubium est quin Isbozetam nostrum eiusque confessionis socios annuntiet synaxarium ecclesiae Constantinopolitanae ad diem 9 decembris ubi legitur: "Αθλησις τῶν ἁγίων μαρτύρων Σωσιθέου, Ναρσῆ καὶ Ἰσαάκ (2). Quod nemo mirabitur qui non sibi persuaserit ecclesiam persicam a graeca post Nestorii tragoediam quasi hiatu repentino seiunctam esse (3). Sic etiam alios eiusdem sequentisque aetatis martyres Persas Byzantini adoptarunt, eorumque Acta in graecam linguam converterunt (4). Magis inexpectatum est eos cum Armeniis convenire in colendo martyre peregrino qui anno 553 passus sit, eo, inquam, anno quo isti adversus concilium Chalcedonense bellum redintegrarunt (5). Sic tamen se res habet; quae in diuturna illa et ancipiti sectarum orientalium confusione multis modis accidere potuit, praesertim si S. Isbozetae cultus non ab Armeniis ortum duxit, sed, sicut perspicere nobis videtur, a Persis institutus alia via hinc ad Graecos inde ad Armenios transivit. Ab Armeniis rursus non liturgicae, ut ita dicam, traditionis perpetuitate, sed litteraria quadam adoptione mutuali sunt Hiberi, Graecorum in omnibus aetate, qui profecto nihil curarunt utrius ecclesiae persicae an armenicae, alumnus fuisset Isbozetes. De gloria postuma sancti martyris alia memoratu digna non occurrunt, praeter mentions quae de illo passim in libris hagiographicis leguntur, de quibus nunc demum agendum est.

B et Hiberos.

§ III. De Actis S. Isbozetae.

Actorum stilus

18. Persicam iterum originem prodere videntur minutura quaedam nec tamen negligenda indicia, quae in Passionis stilo notantur. Nempe cum candida illa ingenuaque libelli narratione, quaedam discrepant contorle vel inepte dicta, quae non scriptoris negligentiam aut librarii inscitiam, sed interpretis errorem arguant in syriaco exemplo titubantis. Ipsa orationis compages passim ad syriacum inflectitur. Ex eius modi mendis, quae infra ad Passionem suo loco indicata reperientur, duo hic proferemus quae rationem historicam propius attingunt. In § 2, ubi ritus sacri Persarum breviter quidem sed aptissime describuntur, textus qualis nobis traditus est, haec habet: Malleum quibus

(1) Supra, num. 1, p.191.— (2) Synax. Eccl. CP., p. 294. De die ad quem haec mentio apposita est, vide infra, num.20. — (3) Ceterum adverte ab Armeniis Nestorianos appellatos fuisse omnes promiscue quotquot fidem Chalcedonensem profiterentur. In Huzafna certe, unde colonia illa Dubionensis oriunda erat, christiani saeculo X Melchitis accensentur ab historico arabico al-Maqdisi: وبالاهواز مالكيون, in Huzafna sunt et Melchitae; ed. J. DE GOEJE, Bibliotheca geographorum arabicorum, t. III (Lugduni Batavorum, 1877), p. 415. Cf. S. Démétrianus d'Antioche, in Anal. Boll., t. XLII. — (4) Exemplo sint S. Sira et S. Golinduch quae modo memoratae sunt (supra, num. 13, p. 197, annot. 10). De S. Golinduch vid. insuper EVAGRIUS, l. VI, c. 21; ed. J. BIDEZ et L. PARMENTIER (Londinii, 1898), p. 235;

in ignis superstitionibus utebatur, comminuit... D Vocem malleum, quae legitur etiam in versione hiberica, aliquo modo corruptam esse ipsa verborum discrepantia demonstrat. Atqui res est pridem pervagata, magos, cum sacris suis operarentur, solitos esse colligatas myricae, sive palmae, sive mali punicae virgulas (6) sinistra manu attollere. Hunc rituales fasciculum certe significavit hagiographus qui S. Isbozetae historiam primus conscripsit et cum in ceteris omnibus tum etiam in notandis ignicolarum caerimoniis testem scientissimum se praebet. Ad rem quod spectat, nihil esse potest evidentius. Verum Armenius noster, si ritus Persarum propria scientia et observatione cognoverat, quomodo malleum (7) vocare potuit, quod patria eius lingua usitatissime dicebatur ܡܡܦܫܘܬܡܢܘܩܐ, barsmunq, a persico nomine barsam? Numquid enim a proprietate loquendi, immo etiam a rerum significandarum veritate consulto refugit? Aut igitur ignotum sibi verbum coniectando interpretatus est, aut pro ܡܡܦܫܘܬܡܢܘܩܐ, quod syropersicum nomen est magici illius fasciculi, sibi legisse visus est ܡܡܦܫܘܬܡܢܘܩܐ, « malleus », aut alio errore deceptus est; sed profecto alienam narrationem referre se prodit, quam non armenice legisset: ergo syriace. Alterum exemplum est ambigua illa nominis Isbozetae interpretatio quam supra rettulimus: Isbozetam, quod intellegitur Adeodatus, id est a Deo servatus (8). Haec qui balbutivit, nominis Iazbözédh non ipse originem persperit, neque a se ipso cogitata deprompsit, sed ab auctore peregrino geminatum interpretationem repperit, cuius alterum membrum recte convertit, alterum inconsiderate delorsit. Fac nempe in syro scriptum fuisse ܡܡܦܫܘܬܡܢܘܩܐ ܡܡܦܫܘܬܡܢܘܩܐ ܡܡܦܫܘܬܡܢܘܩܐ ܡܡܦܫܘܬܡܢܘܩܐ. Isbozetes, quod vertitur a Deo liberatus, id est servavit eum Deus. In eius modi enuntiato, si oscitans interpres pro ܡܡܦܫܘܬܡܢܘܩܐ servavit, legere sibi visus sit ܡܡܦܫܘܬܡܢܘܩܐ (munere) donavit, id ipsum iam efficiatur quod armenius hagiographus inscite dixit. Num creditu facilius est eum ultro et sine causa pugnancia esse locutus? Sed de his commodius in annotatis ad Passionem (9).

syriacam originem prodit.

19. Quacumque demum lingua scriptus est libellus noster, eius ingenua perspicuitas atque sinceritas auctorem indicant aetati illi supparem aut etiam aequalem, qui res narratas certa nec procul quaesita notitia comprehenderit et candide rettulerit. Stili hagiographici usitatas licentias nusquam excessit. Immo quae de postuma sancti martyris historia tam paucis attingit, ut nec monu-

Eorum indubitata fides.

-mentum.

A mentum memoraret in eius tumultu erectum, nec venerationem huic a vulgo exhibitam, ostendere videntur illum brevi post Isbozetae certamen, huius vitam et mortem litteris consignasse. Huic et perennem celebritatem egregio suo commentario comparavit. Si eximas enim Menandri Protectoris excerptum, cuius origo incerta (1) et propago nulla fuit, ex uno illo fonte derivantur S. Isbozetae mentiones omnes historicae quae inde a Iohanne Catholico apud scriptores armenios passim occurrunt; et sicubi a Passione istae discrepant, dubiam fidem habent nedum illius auctoritate praestantiorum. Ad eundem fontem quoquo modo refunditur etiam praedictum synaxarium ecclesiae Constantinopolitanae elogium, in quo praeter Sosithem-Isbozetam nominantur Narses et Isaac eius socii (2). Inde itidem ad Byzantios, alia via et forma, saeculo XII, illius memoria traducta est in graecanica illa Narratione de rebus Armeniae (3), in qua legitur: "Ωρισαν δὲ μεγάλην σνόδοον ἐν πόλει Τιβήρη, τῷ κδ' (4) ἔτει τοῦ αὐτοῦ καθολικοῦ Ναρσέση (5) καὶ τῷ ιγ' (6) ἔτει Ἰουστι<νια>

Isbozetae mentiones variae in litteris graecis

B νοῦ (7) Καίσαρος, καὶ τῷ κδ' τοῦ Χοσρόη τῶν Περσῶν βασιλέως, καὶ τῷ ἐνιαυτῷ ᾧ ἐμαρτέρησεν Ἐστιποστί (8), καὶ ἐν ἀρχῇ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν Ἀρμενίων.

et armeniis.

20. In Chronographia Samuelis Aniensis (9), ad an. 554, obitus S. Isbozetae annuntiatur his verbis: Սուրբն Յիզբուզիկս, որ եւ Մախոժ (10) վկայութեամբ կատարեցաւ ի Քրիստոս: սյնդես եւ Սահակ, Սամուէլ եւ Յրջրմխուսս (11) ի նոյն ազգէ: Sanctus Isbozetes (Jizdbuzit), qui et Machoż, martyrio consummatus est in Christo; pariterque Isaac, Samuel et Iezemhuast (Izēmhuast) ex eadem gente. Huic forma et origine affinis est appendix quam librarius nescio quis ultro adiecit ad extremum caput XXII (alias XXIV) historiae Stephani Taronitae, ubi memorata fuit synodus Dubionensis: Յայսմ աւուրս կատարեցաւ խաչի մեծ վկայն Քրիստոսի նոր նահատակն եւ երանելի սարարիկն Մախոժ, որ եւ ի վիրտութեանն Յիզբուզիկս սնուանէցաւ, որ թարգմանի Ստուածատուր, ի Դավիթ բարգբի: ընդ սմա եւ ի սոյն ազգի, Սահակ եւ Սամուէլ եւ Յրջրմխուսս կատարեցան մարտիրոսութեամբ (12): His

diebus crucis (supplicio) consummatus est magnus Christi martyr, novus heros et beatus Persa Machoż, qui in baptismo item appellatus fuit Isbozetes, quod vertitur Adeodatus, in urbe Dubion; cum eodem ex eadem gente, Isaac et Samuel et Iezēmhuast martyres consummati sunt. Communem utriusque mentionis fontem haud temere conieceris fuisse adulteratam aliquam Passionis formam, cuius tamen certius vestigium non repertum est.

AUCTORE P. P.

21. Breviorem S. Isbozetae Passionem ex Actis sinceris depravatam, ad diem 19 mensis mehecan, qui februarii 25 est, inseruit Gregorius Dserentz in synaxarium armenium, quod ineunte saeculo XV recudit (13). Hanc Narses sancti Isbozetae Adeodati in poena socius se scripsisse mentitur in subiecta coronide (14). Eius modi syngraphae cum non soleant synaxariorum laterculis annecti, haec non ab ipso Gregorio excogitata fuit sed a falsario quoriam cuius opus aut ipse contraxit aut ab alio contractum excrispsit. Ad summam rerum quod attinet, levidensis ea ieiunaeque epitome duobus commentis aucta est: Armeniorum catholicum pontificali apparatu cum universo clero S. Isbozetae certamini adfuisse; eundemque, annuente civilatis principe, beati martyris magnificentissime junus crasse. Hoc alterum falsarius a Iohanne historico mutuari potuit (15). Novo tamen ineptique errore, hunc catholicum Moysen appellavit, nam anno 553, nullus erat catholicus Moyses (16) ecclesiamque armeniam regebat Narses II, Aštarcanus. Pompam vero istam non religiosam sed prope scaenicam quae morienti S. Isbozetae circumfusa fuisset, quis contra omnem veri similitudinem primus excogitaverit resciscere non valet. In reliqua itidem narratione minutiora quaedam immutata fuerunt, locorum temporumque ratio obscurata vel confusa, nomina plerumque omissa. Verbo, sublestae fidei libellus, qui ad historiam sancti nihil admodum conferat.

Passionis epitome adulterina

22. Notatu dignum est in prisca illa forma synaxarii armenii, quae «Ter Israelis» nomine circumfertur (17), S. Isbozetam non comparere. Gregorius Dserentz, uti diximus, in suo opere eum inscripsit ad diem vicesimum quintum februarii, nulla, quam perspiciamus, ratione. Hiberi festum eius assignaverunt diei vicesimo octavo iulii; ad quem etiam diem obitus sancti refertur in versione hiberica: unde non sine quaerulacumque

in armenium synaxarium transit.

(1) Vide supra, num. 1, p. 191. Notatu dignum est Menandro non innotuisse nisi ea quae in urbe Dubion acta sunt, cuius Isbozetam civem existimat. Immo neque videtur ei perspectum fuisse in qua urbe haec contigerint. Dubion enim non nominat et Isbozetam non in Persarmenia sed in Perside crucifixum narrat. Quapropter veri similis est eum historiam sancti non e scripto monumento didicisse quod a Passione fluxerit sed a narratore quoriam sive graeculo sive Persa fando audivisse.—(2) Cum isto conferre iuvat mentionem, quam infra, num. 20, recitamus ex Chronographia Samuelis Aniensis. Videsis supra, p. 198, annot. 1.—(3) Cod. bibliothecae Nationalis Parisiensis, graec. 900, fol. 146v; cf. P. G., t. CXXXII, p. 1244. Hunc libellum, cuius scriptorem alii alium suspicati sunt, satis probabiliter existimat G. Dér Sahaghian compositum fuisse ab Isaac presbytero Armenio qui saeculo XII, fidei causa solum mutare coactus, apud Graecos confugit et graeca, ut potuit, lingua civium suorum haereses con-

futavit. Un fragment grec d'Histoire ecclésiastique de l'Arménie, in Byzantinische Zeitschrift, t. XIX (1910), p. 43-45.—(4) Pro κδ', qui est annus Chosrois, versu sequenti, legendum δ', sicut legitur apud Stephanum Asofik (EMIN, t. c., p. 58); Tēr-Minassiantz, subductis operose rationibus, Narsetem catholicum electum esse existimat anno 548/549: quod si verum est, sexto eius anno (554) synodus Dubionensis celebrata fuit. Die armenische Kirche, p. 42, annot. Cf. supra, num. 4, p. 193, annot. 10.—(5) Cod. Νορσέση.—(6) Ed. ιβ'.—(7) Ed. Ἰουστινόν.—(8) Lege: Ἐστιποστί; ed.: ἐμαρτέρησε Νεστίποστί.—(9) Ed. TĒR-MIQELIAN, op. c., p. 75.—(10) Var. Մախոժ, Machoż.—(11) Var. Յրջրմխուսս, Jzēmhuast.—(12) Ed. EMIN, t. c., p. 70; cf. BROSSET, Histoire de la Stounie, t. c., p. 61, annot. 1.—(13) De quo vide Anat. Boll., t. XXX, p. 20-26.—(14) Vide supra, p. 198, annot. 1.—(15) Supra, num. 4, p. 199.—(16) TĒR-MINASSIANTZ, Die armenische Kirche, t. c., p. 60, annot.—(17) Anat. Boll., t. c., p. 8-20.

AUCTORE
P. P.

specie veri conieceris Passionem hiberice conversam fuisse eo tempore quo dies secundus mensis qalots erratici, incidebat in diem vicesimum octavum iulii, quod evenit ab anno 972 ad 976. Graeci autem S. Sosithei-Isbozetae memoriam annuntiant die 9 decembris, qui uno tantum die antecedit diem secundum qalots in calendario Armeniorum fixo seu stabili. Et haec fere sunt quae de S. Isbozeta in monumentis hagiographicis consignata reperimus.

Passionis editio princeps.

23. Typis mandata est Passio armenia S. Isbozetae (1) ex codice de quo editor legentes omnia ignorare voluit, et cuius similem in Europaeis bibliothecis nullum novimus. Ut primum, sedato bellorum tumultu, nobis via patuit, ad eos confugimus qui Venetae editionis fontes optime perspectos habebant. Sed docti officiosique viri quinquies et per litteras et per internuntium et praesenti etiam percontatione a nobis interrogati, quinquies ad-verso quodam fato prohibiti sunt quominus nostrae importunitati morem gererent. Tandem cum iam inibi esset ut hinc commentarius prelo mandaretur, e nuper edito catalogo «eclogariorum» manusciporum inclutae bibliothecae Sancti Lazari Venetiarum, codicem, qui tamdiu nos fugerat, numero 225 signatum reperimus (2). Descriptus hic fuit a P. Narsele Sarghissian, ex vetusto non tamen satis certae aetatis libro eclogariorum scriptura «rotunda», quem, inter annos 1846-1852, in Carin, sive Theodosiopoli Armeniae urbe (3), servatum invenit. Huius archetypi, quae fuerint fata nescimus, nec facile ex hodierna sua latebra erui poterit, si tamen e tot calamitatibus miserimae gentis et regionis evasit incolume. Ad rem nostram quod attinet, pro vetustiore exemplo esse potest apographum ab eruditissimo viro exaratum. Codicem Venetum, cuius adeundi nulla iam nobis erat facultas, officiosissime, ut solet, cum Hierosolyma proficisceretur, pro nobis contulit v. d. Robertus P. Blake.

Huius fons unicus.

Codex Hierosolymitanus.

24. Idem vir doctus pariter et benevolus ex itinere redux certiores nos fecit Hierosolymis in bibliotheca Sancti Iacobi Armeniorum se in alterum exemplum Passionis S. Isbozetae incidisse. Habetur istud in cod. N° 1, qui scriptus fuit inter an. 1409 et 1412, ubi fol. 782-785 legitur վկայարանութիւն սուրբ վկային Յիզբուզտայ, Martyrium sancti martyris Isbozetae (Jizbzutae). Exorditur autem his verbis: Ընդ ժա. մանակս թագաւորութեան խորրովու որդւոյ կաւառայ, արքային պարտից, առաւել զարանայր խոստովանութիւն քրիստոնէից, եւ ոչ սակաւք նահատակեցան յաշխարհին պարտից ի գրան արքունի: Յորում ժամանակի Մահոյ մոգ, ի նրմին աշխարհէ ի գաւառէ որ կոչի Մերչապուհ, ի գեղջէ անուանեալ Քունարատ

սան: որոյ ծնաւքն պաշտօնեայք էին D կրակի. եւ ինքն ի մանկութենէ մոգութեամբ վարժեալ զարութեամբ խրատաւ եւ ուամամբ հրապաշտիցն: այլ եւ իմաստուն խորհրդով: Սա ի գեղարածոյ իմեքէ ի բնակութիւն թագաւորին պատահեալ, հանգիպի չարչարանաց վկայի որումն. որոյ անուն Գրիգորիս: Հրաչայեալ ընդ համարձակութիւն հաւատոց վկային եւ ընդ տեղական ժողովաւութիւն գրարեք նախանձ նախանձեալ, պայպէս սակեր ի սրտի իւրում: «Տէր Ստուած քրիստոնէից...» Regnante Chosroe Cabadis filio, rege Persarum, magis invaluit confessio christianorum neque pauci e Persarum terra martyrium ediderunt ad aulam regis. Quo tempore Maho magus <fuit> ex eadem terra, e regione quae dicitur Meršapuh (4), e vico cui nomen Qunarastan. Huius parentes ignis erant ministri. Ipse quoque inde a pueritia magorum ritu exercitatus, acumine ingenii et doctrina ignicolarum, sed etiam mentis prudentia valebat. Hic casu quodam cum ad regis domicilium advenisset, supplicio interfuit martyris cuiusdam, nomine Gregorii. Attonitus audacia fidei huius martyris eiusque immotam patientiam pio studio aemulatus, sic dixit in pectore suo: «Domine Deus christianorum...» Desinit autem exemplum Hierosolymitanum in haec verba: եւ պայպէս քաջութեամբ վկայեալ երանելին Յիզբուզտէ ի քանսամի թագաւորութեան խորրովու արքային պարտից, որ աւր երկու էր քաղոց ամայ, յարար կիւրակէի յերբորք ժամու: Եւ հրամայեցին պահել զմարմին սրբոյն: Իսկ հաւատացելոյն բոս յաջողելոյն Ստուծոյ գողացեալ զնշխարս սրբոյն, եւ պատեալ պատուկան հանդերձիւք եւ անուշահոտ խնկովք ի շնուցին ի հանգիստ պայծառապէս տանելով զյիշատակ սրբոյն մեծաւ ուրախութեամբ. ի Քրիստոս Յիսուս ի սէր մեր որում փառք յախտեանս. ամէն:..... Sic igitur fortiter martyrium passus <est> beatus Isbozetes, anno vicesimo (5) regni Chosrois Persarum regis, qui dies fuit secundus mensis qalots, die dominico, hora tertia. Praeceptum autem fuerat ut custodiretur corpus sancti. Sed fideles, fortunante Deo, sancti reliquias surripuerunt, pretiosisque vestibus involutas cum suavis odoris aromatibus in sepulcrum deposuerunt, sancti commemorationem splendide celebrantes cum ingenti gaudio, in Christo Iesu domino nostro, cui gloria in saecula. Amen. Haec duo specimina liquido demonstrant quale subsi-

(1) Vide supra, num. 1, p. 191. Ad textus emendationem nihil conferunt excerpta, quae iterum edita sunt a Leontio ALISHAN, Յուշիկք հայրենեաց Հայոց, t. II (Venetiis, 1870), p. 521-29; Հայագրաբանութիւն, t. II (ibid., 1901), p. 124-30. — (2) Basile SARGHISSIAN, Grand Catalogue des manuscrits arméniens de la bibliothèque des PP. Mekhitharistes de Saint-La-

zare, t. II (Venise, s. a.), pp. 389, 396. — (3) Quae hodie vernaculo nomine dicitur Erzerum. — (4) Cf. supra, num. 2, cum annot. 7, p. 191. Meršapuh, rectius Mihršapuh, nomen est viri cuius similitudine deceptus fuit libarius. — (5) Legendum: vicesimo tertio; cf. supra, num. 12, et Passio, § 9.

-dium



A dium ab Hierosolymitano codice expectari possit. Nemp hoc apographum est Veneto delerius, satis licenter contractum neque mendis carens et ad sequioris aevi barbariem quadamtenus accommodatum. Attamen eius adiumentum, quanti quanti faciendum est, nobis comparare ilico studuimus. Sed hanc etiam spem tempora fejellerunt (1).

Versio
Hiberica.

25. Hiberica versio ab Alexandro Khakhanov (2) edita fuit ex celebri chirographo laurae Hiberorum Athonensis N° 57; qui codex est membraneus, 381 constans foliis, 0^m,34 × 0,28 (3). Existimat quidem hibericarum litterarum magister praestantissimus unus Nicolaus Marr hunc codicem descriptum fuisse saeculo X in Calarzena aut in Taochis (4). Sed bona venia tanti viri, propensius dixerim illum in Palaestina exaratum fuisse, utique a librario Calarzeno vel Taocho (5). Ductus quoque litterarum mire ad scripturam Hierosolymitanam accedit (6). Crederes in istis manum agnoscere S. Prochori Hagioslauritae (7) aut veri etiam similis Iohannis illius Nigri, qui S. Prochori iussu, ad usum coenobii Sanctae Crucis, exaravit codicem Musei Britannici Add. 11281 (8). Quod si haec similitudo non plane fallax est, aetas chirographi Athonensis ad dimidium circiter saeculum XI inflectenda est. Hoc certe nonnihil antiquior est versio hiberica Passionis S. Isbozetae quae in eo servata est; attamen minime constat eam ad saeculum IX, nedum ad VIII esse referendam (9). Ab armenio exemplo certe fluxit, in quo nonnulla iam intercesa fuerant, vel ab hiberico interprete resecta sunt. Utrum ab eodem, an a librariis, an demum ab editore aut typhothesis menda et naeva admissa sint quibus horret, incertum. Sed cum ad ipsum codicem eiusque apographa, si qua uspiam exstant, nulla via nunc pateret, textum qualis iacet aut arte empirica sanatum edere, nugatorium duximus. Ne tamen testis probae fidei et fortasse omnium antiquissimus prorsus neglectus fuisse videretur, hibericam Passionem latine conversam armenio exemplo in imis pagellis adiecimus.

De synaxarii
codicibus.

26. Synaxarii armenii ex recensione Gregorii Dserentz, codices sunt quam plurimi, latum sparsi per orbem. Quorum qui promiscuam multitudinem collegerit, ut perspicere possit quot novis ineptiis

S. Isbozetae elogium in singulis depravatum sit is aquam operamque perdidit. Ad corrigendam utcumque editionem vulgatam, quae aperte et insigniter vitiosa est, hi codices adhibiti sunt, qui facile conferri poterant in bibliotheca Nationali Parisiensi:

AUCTORE
P. P.

A = Armen. 182, fine mutilus, 543 nunc constans foliis chartaceis, 0^m,37 × 0,265, binis columnis, scriptura rotunda saeculi XV exaratus (10); in quo ad diem 19 mehecan, februarii 25, annuntiantur fol. 333^o, sancta Susanna et sanctus noster Isbozetes, cuius elogium secundo loco habetur, fol. 334-34^o;

B = Armen. 181, chartaceus, 602 complectens folia, 0^m,37 × 0,265, binis columnis, litterisque rotundis in urbe Charberd, anno Armeniorum 893, Christi 1444, descriptus (11); elogium S. Isbozetae legitur fol. 343-43^o;

C = Armen. 183, chartaceus, 580 constans foliis, 0^m,365 × 0,245, numero non signatis; paginae bipartitae; scriptura rotunda, anno 1488 non posterior (12).

His tandem accessit **I** = codex 120 coenobii Sancti Iacobi Armeniorum Hierosolymis, chartaceus, 358 constans foliis, 0^m,303 × 0,217, scriptura «notaria», binis columnis, an. 1650 exaratus. Complectitur hic sanctorum Vitae, inter quas fol. 270^o-271 (paginis 540-41) habetur epitome Passionis S. Isbozetae: quam cum a se repertam ultro nobis obtulisset iam toties laudatus Robertus P. Blake, grato lubentique animo in nostram editionem inseruimus. Hic codex, nisi a librario perquam indiligenti descriptus fuisset, forsitan nobis ipsum fontem referret quo usus est Gregorius Dserentz. Cum synaxarii narratiuncula proxime coniunctus est; cui pauca addit quae ex ipsa Passione deprompta sunt, non archetypa illa quidem sed interpolata altera, quam pseudo-Narsētis nomine inscriptam fuisse coniecimus (13). Alii autem locis inepte coartatus est, immo etiam mutilus, ita ut sententia sensu careat.

Hoc igitur posthabito, praelulimus **A** qui a genuina Passione proxime abest et in lectionibus aliquot decretoriis cum **I** congruit. Quare praefereendus fuit, etsi **B** et **C**, cum editione vulgata (= **D**), ab eo mira constantia pariter recedunt.

(1) Codicis apographum integrum, si nancisci poterimus, edetur in *Analectis Bollandianis*. — (2) Vide supra, num. 1, p. 191, annot. 4. — (3) Cf. A. A. TSAGARELI interprete O. WARDROP, *Georgian Manuscripts at the Iberian Monastery on Mount Athos*, in *Journal of Theological Studies*, t. XII (1911), p. 603; et praecipue N. MARR, *Агіографіческія матеріялы по грузинскимъ рукописямъ Пвера*, in *Zapiski Vostochnovo Otdelenija Russkavo Arheologičeskavo Obščestva*, t. XIII (1900), p. 47-72. — (4) Loc. c., p. 47; cf. *Zapiski Vostočn. Otděl.*, t. XVII (1906), p. 292. — (5) *Anal. Boll.*, t. XXXI, p. 8; t. XXXIX, p. 292. — (6) Ex eo codice

nonnulla specimina photographice olim expressa hic prae manibus habemus. Cf. *Anal. Boll.*, t. XXXIX, p. 279. — (7) Menologium bibliothecae Bodleianae Oxoniensis; cf. *Anal. Boll.*, t. XXXI, p. 302-304. — (8) Cf. J. OLIVER WARDROP, apud F. C. CONYBEARE, *A Catalogue of the Armenian Manuscripts in the British Museum* (London, 1913), p. 400-401. — (9) *Anal. Boll.*, t. XL, p. 278 et seq. — (10) F. MACLER, *Catalogue des manuscrits arméniens de la bibliothèque Nationale* (Paris, 1908), p. 101-102. — (11) MACLER, t. c., p. 101. — (12) MACLER, t. c., p. 102. — (13) Cf. supra, num. 21, p. 201.

A

D

PASSIO S. ISBOZETAE

E codice Sancti Lazari Venetiarum 225³³. Cf. Comm. praev. num. 18-20.

Վկայաբանութիւն սրբոյն
Յիզատիբուզաեայ :

Passio sancti Isbozetae (1).

1. Ընդ ժամանակս թագաւորութեանն խորթութեան որդւոյ կաւասայ արքային Պարսից՝ առաւել զօրացեալ¹ լինէր խոստովանութիւն որ առ Քրիստոս, եւ ոչ սակաւք նաճատակեցան յաշխարհին Պարսից եւ ի գրան արքունի : Յորում ժամանակի այր ոմն Մախո՛՛՛ մոգ՝ ի նորին աշխարհէ, ի գաւառէն որ կոչի Քեղապուհ, ի գեղձէ որոյ անուն Քունարաստան, որոյ ծնողքն պաշտօնեայք էին կրակի, եւ ինքն ի մանկութենէ մոգութեամբ վարժեալ : եւ էր զօրաւոր իրատու եւ գիտութեամբ ճշարտաշիցն եւ խորհրդով իմաստուն : Մա ի գիտութեանն իմեքէ ի բանակս թագաւորին հասանէր, եւ պատահէր չարչարանաց սուրբ վկայի ուրումն՝ որում անուն էր Գրիգորիոս : Հրապարակ ընդ համարձակութիւն նաճատակին, եւ զճաւատց բարոք նախանձն³ նախանձեալ՝ ասէ ի սրտի իւրում. « Տէր Աստուծ թրիստունէից, նայեաց յիս եւ ցոյց ինձ ճանապարհ որով գնացից, եւ բաց ինձ գունդ որդմութեան ընդ նաճատակի քում, զի արժանի եղէց արքայութեան⁴ քում, որ Տէրդ ես երկնի եւ երկրի : »

1. Regnante Chosroe Cabadis filio rege Persarum magis invalescere coepit (2) confesso Christi neque pauci in Persarum terra et in ipsa adeo regis aula herorum mortem obierunt. Tunc temporis fuit homo quidam Machos nomine ex illa terra, e regione quae dicitur Pirsabora (3) et vico cui nomen Qunarastan (4). Huius parentes ignis erant ministri. Ipse autem inde ab infantia in magorum religione fuerat exercitatus; consilio valens erat, in ignicolarum doctrina peritus ac mente prudens (5). Qui casu quodam ad castra regis advenit ibique sancti cuiusdam martyris supplicio interfuit, cui nomen erat Gregorius. Attonitus herois audacia, eiusque fidem pio studio aemulatus, in pectore dixit: « Domine, Deus christianorum, respice me; notam fac mihi viam qua incedam (6); reclude mihi, sicut et heroi tuo, misericordiae tuae ianuam, ut regni tui dignus efficiar, qui Dominus es caeli et terrae. »

Machos magus

Gregorii martyris exemplo

1. —¹ գայրացեալ cod.; cf. Comm. praev. num. 24, supra, p. 202. —² hic et in sequentibus corr. ex մախոյ. —³ post նախանձն, 'hancellatum. —⁴ rescript. in verbis: ընդ նաճատակի cancellatis.

(1) Graece: Sosithei; cf. Comm. praev. num. 17, supra, p. 200. — (2) Codex manifesto errore: magis ardens facta erat. — (3) Vide Comm. praev. num. 2, supra, p. 191, annot. 7. — (4) Ibid., annot. 8. — (5) Nisi intellegendum est: in mysteriis consultus. — (6) Ps. 142, 8. Haec paganus loquens inducitur, utique cum facillima venia legendum.

C

F

PASSIO S. ISBOZETAE HIBERICA

E codice laurae Hiberorum Althonensis 57, ad fidem editionis Alexandri Khakhanov. Cf. Comm. praev. num. 25.

Mensis iulii die XXVIII. Passio sancti Isbozetae (1).

1. Regnante Chosroe, Cabadis filio, rege Persarum (2), magis splendebat atque invalescebat fides christianorum; neque pauci fortitudine claruerunt in Persarum terra ad portam regiam. Fuit autem aliquando homo quidam, cui nomen erat Mahašot, in eadem terra Persarum, e vico qui dicebatur Knarastan. Huius quidem parentes erant ignis ministri (3); ipse autem inde ab infantia doctrinam magorum didicerat, (in qua) maxime omnium proficiebat; ab ignis ministris institutus fuerat: erat enim ingenii acumine praeditus. Hic quondam cum ad castra regis venisset, casu quodam factum est ut torqueretur aliquis e martyribus, qui dicebatur Gregorius. Attonitus viri fortissimi audacia, eique praeclara quadam aemulatione animo invidens dixit: « Domine Deus christianorum, respice me; doce me viam qua incedam, mihique pariter misericordiae ianuam reclude, sicut electo huic tuo, ut dignus efficiar regno tuo, qui Dominus es caeli et terrae. »

Psalm. 142, 8.

(1) Izid bozid. — (2) (regnante - Persarum) haec verba in codice cum lemme continuantur. — (3) Vel cultores.

2.

A 2. Իսկ ի նմին գիշերի տեսիլ պատկերի
 երեւէր նմա, որպէս թէ լինէր ինքն ի
 սուրբ եկեղեցւոյ, եւ այր ոմն սպիտա-
 կազգեստ երեւեալ նմա ստէ. « Երանելի
 ես գու, զի այսպիսի լուսաւոր եկեղեցւոյ
 եղեր արժանի. եւ հաւատասցես յայսմ հե-
 ստէ յԱստուած յարարիչն երկնի եւ եր-
 կրի¹ եւ յՈրդին համազոր եւ ի Հոգին
 համագործ, եւ ուսցիս զայդ յաւանդու-
 թիւնէ սրբոյ աւետարանին: » Եւ զար-
 թուցեալ իմացաւ զտեսիլն, եւ հաւա-
 տաց բոլորով սրբաւ եւ ստէ. « Աստուածն
 քրիստոնէից է ճշմարիտ Աստուած. » Եւ
 յայնմ հետէ զլճամբ ունէր զմոզութիւնն:
 Գայր անտի յաշխարհն Սիւնեաց, պարա-
 պելով յունիկոյ բովիւն գրոց սրբոց. եւ
 լեալ անդ սակաւ ամիսս հասանէ ի Հայս.
 եւ եկեալ յԱյրարատ գաւառ՝ բնակէր
 B յաստանին Հայոց ի Գուին, յարեալ ի մագ-
 սուրանն² Հայոց համակարի, որում անուն
 էր խարով Պերոզ. եւ արճամարհանօք
 զմոզութիւնն անցուցանէր: Եւ լինէր ի
 ձմեռային ժամանակի, ի մեհականին,
 ըստ Պարսկաց ամսոյ սկիզբն, եւ ըստ
 սովորութեանն իւրեանց զոհս արգէտ մա-
 սուցանէին հրոյն յապարանս համակարին:

2. Eadem nocte, mirabile somnium ei visum
 est, quasi ipse in sancta ecclesia adesset, atque
 homo quidam alba veste indutus ei se ostendens
 ad eum diceret: « Beatus es tu, qui tam illustri
 ecclesia factus sis dignus, et deinceps fidem ha-
 biturus sis Deo creatori caeli et terrae, et paris
 cum eo potestatis Filio et aequalis virtutis Spi-
 ritui. Haec e sancti evangelii traditione fac per-
 discas. » Expergefactus somnium intellexit; cre-
 dere toto pectore coepit, et dixit: « Deus chris-
 tianorum verus est Deus. » Et exinde de mago-
 rum religione addubitavit. Itaque illinc in
 terram Sunitin (1) migravit; ubi sacrorum li-
 brorum auscultationi se dedit. Paucos ibi
 menses commemoratus, in Armeniam perrexit; et
 cum in pagum Airarat (2) pervenisset, Dubion (3)
 in Armeniorum urbe praecipua habitavit, inter
 magos ascitus alicuius Armeniae synarchi (4),
 cui nomen erat Chosroes Peroz, at magorum re-
 ligionem nihil curabat. Contigit autem hiberno
 tempore, mense mehecan, in principio mensis
 secundum Persas, (eos) more suo impurum (5)
 sacrificium igni offerre in aedibus synarchi. Bea-
 tus quoque Machos inter eos turpi ludo (6)
 aderat, oris vinculum (7) gerens. Porro flamma
 ex adipe assurgens (8) ad domus lacunar per-
 venit idque incendit. Magi autem qui ad sacrifi-
 candum convenerant, conati sunt ignem restin-
 guere (9), neque potuerunt et foras se proprien-
 tes rem nuntiaverunt. (Tum) qui chiliarchus (10)

PASSIO
et illus-
tratione
divina

ad fidem
allicitur.

Dum
magorum
sacris
interest,
vin
incendii

2. — ¹ երկնի cod. — ² որումս cod.

(1) Vide Comm. praev. num. 3, supra, p. 192, annot. 10. — (2) Constans usus fuit apud Armenios ut regio *Airarat* « pagus » appella- retur, non provincia. Quae ratio fuerit huius nominis exponit HÜBSCHMANN, *Armenische Ortsnamen*, t. c., p. 279 et seq. — (3) Vide Comm. praev. num. 4, supra, p. 193. — (4) *Ibid.*, num. 5, p. 193-94. — (5) Sic noster Hiberus, qui pro *արգէտ*, legit *արգետի*. De hoc glossemate obscuro diximus in Comm. praev. num. 6, supra, p. 194, cum annot. 4. L. ALISHAN existimat eo significari oleosum quemdam liquorem, qui adhiberi solitum esset quo ignis sacer vehementius arderet. *Հայաստանում*, t. I, p. 467, annot. 3. Cf. Strabonis testimonium infra, annot. 8. — (6) Proprie: *fabulae* vel *proverbio*. Verti etiam potest et fortasse verius: *mysterio*, vel *arcano*; quasi oscitanter ab armenio redditum fuisset syriacum *ܡܚܘܫ*. — (7) Verbum e verbo: *capistratus* vel *ore alligatus*. Nempe induerat Machos velum illud dictum pridem *pallidāna*, deinde *բընոմ*, hodie *padam*, quo magi Persarum in sacris faciundis labia naresque contegere sole- bant. Strabo geographus, qui cultores ignis (*πυ- ραίθους*) in Cappadocia ipse viderat, eorum caer- imonias describendo haec refert: *ἔστι δὲ καὶ πρῶτα, σκεῖλαι τινες ἀξιώλογοι· ἐν δὲ τούτοις μέσσοι βρωμῆς, ἐν ᾧ πολλή τε σποδός, καὶ πῦρ ἀσβεστον φυλάττουσιν οἱ Μάγοι καὶ καθ' ἡμέραν δὲ εἰσιόν- τεσ, ἐπαύουσαν ὄραν σχεδόν τι πρὸ τοῦ πυρός τὴν δέσμηρ τῶν ῥάβδων ἔχοντες, τιάρας περιζέμενοι*

πρωτὰς καθεικνίας ἐκατέρωθεν μέχρι τοῦ καλύπτειν τὰ χεῖλη τὰς παραγναθίδας. Geographia, l. XV, ed. MEINEKE (Lipsiae, 1898), p. 1022. Cf. A. V. WILLIAMS JACKSON, *Die Iranische Religion*, in *Hand- buch der Iranischen Philologie*, t. c., p. 702; et C. DE HARLEZ, *Avesta, livre sacré du Zoroastrisme*, in *Bibliothèque Orientale*, t. V (Paris, 1881), p. CLXX-CLXXI; ubi et velum de quo agitur delineat- um reperies ex descriptione Abrahami Anquetil- Duperron. Huius etiam verbis ritum qui hodieque servatur ab Indiae ignicolis descripsit J. MÉNANT, *Les Parsis*, in *Annales du Musée Guimet*, t. c., p. 104 et seq. Imago veli *padam*, p. 70. De no- mine, Chr. BARTHOLOMAE, *Alliranisches Wör- terbuch*, p. 830-31. — (8) *...θόουσι, τῷ μὲν πυρὶ προστιθέντες ξηρὰ ξύλα τοῦ λέπουσ χωρὶς πμελὴν ἐπιτιθέντες ἄνωθεν. STRABON*, l. c., p. 1021. — (9) Etsi satis languide ista duo membra coniunc- ta sunt, crederes in archetypo haec *ἀντιθετικῶς* opposita fuisse ad ludificandos Persas, qui ignem opprimere vellent ad quem adorandum conve- nerant. — (10) Cf. glossam HESYCHII. *Ἀζαραπα- τεις οἱ εἰσαγγελεῖς παρὰ Πέρσαις*. In Perside quidem *hazārapat* sive *hazārabedh* κατ' ἐξοχὴν erat supremus magistratus civilis. Cf. CHRISTENSEN, *op. c.*, p. 32. Novi Testamenti interpretes ar- menii *հապարապետ* reddunt pro *χιλιάρχη* (Mc. 6, 21; et al.); *ἐπιτρόπῳ* (Lc. 8, 3; Gal. 4, 2); *οἰ- κονόμῳ* (1 Cor. 4, 1 et al.). HÜBSCHMANN, *Ar- menische Grammatik*, p. 174.

2. Hac ipsa nocte visum ei ostensum est quasi ipse adesset in sancta ecclesia homoque sibi appareret alba veste indutus, qui dixit ei: « Beatus es tu, qui tam illustri loco dignus factus es, ut perillum ei crederes qui fecit caelum et terram, ac Filio eius unigenito et Spiritui Sancto eius consub- stantiali, qui cum eo fecit universa. Tu vero abi atque e sancto evangelio haec discito. » Experge- factus igitur visum intellexit et toto animo credens in animo secum dixit: « Deus christianorum verus est Deus. » Et ex eo tempore de magorum religione dubitare coepit. Illinc migravit in terram Sunitin (1) et librorum divinorum auscultationi se dedit. Paucos dies ibi commemoratus, inde per- rexit in terram Ararat (2), Dubion (3) in Armeniae urbe praecipua consedit, et ad magum quemdam

(1) *Sivnielisa*. — (2) *Araratiss*. — (3) *Dvions*.

Ե

PASSIO

Եւ երանելին Մախոջ կայր ընդ նոսա յառակի, սնդեալ զբերանն : Եւ բարձրացեալ բոցն ի ճարպոյն, հասանէր ի զարաւանդակ տանն եւ բորբոքէր : Իսկ մոզուցն ժողովեալ զգոհելն՝ զհօրն փութացան շիջուցանել, եւ ոչ կարացին. եւ արտաքս րնթացեալ պատմէին զիրան : Եւ որ հազարապետն էր Հայոց՝ Իրրեւ Լուա զձայն ամբոխին, փութապէս հասանէր ի զուսն եկեղեցոյն, ստիպէր զպաշտօնեայն առնուլ զսուրբ խաչն եւ բերել յապարանն, զի թերեւս մերժեցայի հօրն. որ սա նեղութեանն ակամայ հաւատայր : Եւ սպասաւորացն առեալ զնշանս սուրբ խաչին՝ արագ հասանէին ի տեղին. եւ հասեալ յանդիման ապարանիցն սուրբ խաչն, եւ բոցն տարածեալ շիջանէր առ հասարակ : Այս մեծ նշան եղև պատուական սուրբ Խաչին յաշխարհիս Հայոց՝ ի խնդութիւն բարեպաշտից եւ յամօթ կապաղաւթեան : Եւ տեսեալ կնոջ համակարին՝ մեծ գոհութիւն առաքէ սպասաւորաց սրանչեւագործ սուրբ Խաչին : Իսկ երանելին Մախոջ իմացեալ զայսպիսի սրանչելիս, զուսն որովք հրամայէր՝ ջարդեալ ի բոց ընկեցոր, նոյնպէս եւ զբերանն կապն. եւ մատուցեալ առնոյր զբուրվան խոսեկս առաջի սրբոյ Խաչին, եւ յայտնէր զհաւատսն զոր ունէր ի Քրիստոս. եւ յուզարկելով զպատաւորս Խաչին ասէր. « Խնդրէք յԱստուծոյ փան իմ, զի եւ ես քրիստոնեայ եմ : » Եւ տեսեալ մոզուցն՝ ասենցնաւ. « Ընդէր զայդ իշխեցիք առնել : » Ասէ երանելին : « Ես ի բազում ժամանակաց հաւատացի քրիստոնէից, եւ խղճիւ մոզէի. բայց արդ յայտնապէս քարոզեմ զհաւատս որ ի Քրիստոս, եւ այլ ոչ ես սպասաւորեցից հրոյ, զայդ ամենայն զարմանալիս տեսեալ : »

erat Armeniorum, audito turbæ clamore, ad D
ianuam ecclesie confestim accurrit atque mi-
nistros sanctam crucem ad aedes (illas) assump-
tam deferre coegit, si forte ignis ea depelleretur :
quippe urgente angustia credebatur invitus. Ita-
que ministri assumpto signo sanctæ crucis, ad
locum festinanter se contulerunt. Cum autem
in conspectum aedium advenirent, flamma iam
late propagata penitus exstincta est. Quod in-
signe prodigium in Armenia terra venerabili
cruce patratum fidelibus quidem lætitiæ fuit
ignis autem religioni ludibrio. Synarchi quidem
uxor rem conspicata sanctæ et prodigiosæ cru-
cis ministris misso nuntio gratias plurimas egit.
Verum beatus Machoš, cum tantum miraculum
intellexisset, malleum quo (1) in (ignis) supersti-
tionibus utebatur (2), comminuit (3), et pariter
oris vinculum (4) procul abiecit. Tum accedens, de
manu diaconi turibulum accepit, coram sancta
cruce tus adolevit et fidem quam Christo ha-
bebat palam demonstravit. Atque crucis minist-
tros deducens ait : « Deum pro me orate, qui et
ipse christianus sum. » Magi autem cum (hæc)
vidissent, ei dixerunt : « Quomodo tibi sumpsi-
sti ut hæc ageres ? » Dixit beatus : « Equidem iam-
dudum christianorum (doctrinæ) credideram, et
ancipiti animo magum agebam. Sed nunc aperte
praedico fidem meam in Christum, neque am-
plius ignis minister ero, quandoquidem hæc
omnia prodigia conspexi. »

crucis
virtute
deputam
miratur.

Christia-
num se
professus
coram plebe

(1) Textus : malleum quibus, variante numero. Vide Comm. præv. num. 18, supra, p. 200. STRABO : τὰς δ' ἐπιφθὰς ποιοῦνται πολλὸν χρόνον ἐξέβδων μυρϊκίνων λεπτῶν δίσκου κατέχοντες. MEINKE, t. c., p. 1021 ; cf. annot. superiorem. Cf. JACKSON, l. c. Magorum baresian descripserunt C. DE HARLEZ, t. c., p. CLXV (vide imaginem ad p. CLXX) ; J. DARMESTETER, *Le Zend Avesta*, t. I, in *Annales du Musée Guimet*, t. XXI (1892), p. LXXIII et seq. Cf. H. OLDENBERG, interprete V. HENRY, *La religion du Veda* (Paris, 1903), p. 291-93. Nominis originem usum-

que scite exposuit BARTHOLOMAE, *Alliranisches Wörterbuch*, p. 947-49. — (2) Textus : praecipiebat, imperabat. Sed pro *հրամայէր*, manifesto legendum est *հմայէր*, divinabatur, hariolabatur, aut fortasse *հրահմայէր*, igne divinabatur vel hariolabatur. Cf. hiberica. — (3) Georgius quoque Persa in suprema precatone, Deo gratias agens, profitetur se baresian comminuisse et in ignem proiecisse. BEDJAN, *Histoire de Mar-Jabalaha*, t. c., p. 539. — (4) Proprie : capistrum. Vide supra, p. 205, annot. 7.

vectigalium exactorem (1) se applicavit nomine Chosroen Peroz, atque magorum religionem contemptui habebat. Hiberno tempore, mense mehecan, Persarum ritu, habitum est principium mensium. Itaque illi more suo sacrificium impurum ignicolarum religionis perfecerunt in aedibus synarchi (2). Porro beatus Mahašoť ad ignem inter illos astabat et os suum ocluserat (3). Verum flamma illius ignis assurgente, domus lacunar accensum exarsit. Itaque magi deserto sacrificio operam dederunt ut ignem restinguerent. Ignem restinguere non potuerunt atque foras se proprientes vociferari coeperunt. Ut autem huius tumultus clamorem audivit chiliarchus (4) Armeniae, ad ianuam ecclesiae festinavit, atque ecclesiae ministros hortatus est ut accepto crucis signo ad aedes illas adirent ad restinguendum ignem ; adeoque, urgente malo, (fidem) confitebatur invitus. Ministri igitur venerandam crucem extulerunt et flamma residere coepit donec prorsus exstincta est. Quod insigne prodigium in Armenia terra patratum venerabili cruce verae religionis cultoribus lætitiæ fuit. Synarchi (5) uxor, cum hæc vidisset, plurimas gratias per nuntium egit crucis ministris. Verum beatus Mahašoť eius modi miraculum intellexit, malleum quo hariolabatur humi allisit atque confregit, pariterque oris vincula, atque ultro ad diaconum accedens ab eo acerram accepit, ante crucem tus obtulit, atque fidem suam, quam in Christum habebat, palam manifestavit. Crucis ministros ad ecclesiam deduxit (6) eosque sic affatus est : « Dei misericordiam in me invoke, quia et

(1) hamarcari.—(2) hamacari.—(3) Sive : conticescebat.—(4) azrapetša.—(5) hamacaris.—(6) Vel : dimisit. 3.

A 3. Ի վաղիւ անդր երթեալ մոզացն առաջի Հայոց իշխանին, որ կոչէր Նիխորական, եւ ամբաստանէին զերանելոյն : Եւ ամեալ զնա առաջի՝ ասէ դատաւորն. « Մյ թշուառական, ընդէր զհայրենի մա գութ իննն թողուս, եւ յիմար եւ ուխտա կորցս լինիս : » Պատասխանի եւս երանեւ լին եւ ասէ. « Ղշմարտիւ ասեմ, ո՞վ դատաւ ար, վասն իմ, զի քսան եւ հինգ ամ ունիմ, որով ընդ վայր ազանդաւորեցայ. իսկ այժմ՝ ծանուցեալ զճշմարտն Ստուած՝ ի հայրենի բազմաստուածութենէ հրաժարեցի : վասն որոյ ոչ այսուհետեւ կենցարցոյս պատրանք յայց հաւատոց անջտեղեցն զիս, քանզի հանդերձեալ եմ ասնել հասելոց ասնջանայ : » Եւ զայրացեալ իշխանն՝ հրամայեաց հարկանել զերանելին երկուսասն կրկին, եւ կտրեալ զմորուն եւ զհերս, եւ գրեալ զհարցումն՝ կապէր գոտս եւ զձեռս եւ սայր ի բանս : Եւ գասնէր սուրբն իւր վշտակից զոմն ի բանտին, որում անուն էր Ներսէս, որ ի բազում ժամանակաց էր կապեալ ի բանտին վասն Ստուածոյ : Եւ ուսանէր ի նմանէ երանելին զուրբ հաւատս եւ զազմուս քսան, եւ այսպէս անդադար պաշտէր զՍտուած եւ աղօթէր :

4. Յետ ասկա ժամանակի փոխանորդէ զինի Նիխորականին Նախապետն անուանեալ. եւ նստեալ յատենի՝ ամին զերանելին Մախոժ առաջի նորա : Սէ Նախապետն. « Չկարգ իշխեցեր զհայրենի աստուածն թողուլ եւ հաւատացեր անձանօթին ֆրիստուի : » Սէ երանելին. « Մի է Ստուած՝ հասարակաց արարիչ, որ ունի զմտաց ամենայն բարեգործաց. որոյ տեսեալ զմիտս իմ՝ թուլացեալ ի բազմաստուածոյն երկրպագութենէ՝ առաջնորդեաց ինձ ի ճշմարիտ աստուած :

3. Magi inde confestim digressi, ad Armeniae principem adierunt, qui vocabatur Nichoracan (1) et beatum falso criminati sunt. Cui coram se adducto dixit iudex : « Heus tu perditissime, cur patriam magorum religionem deseruisti, ut insipiens ac foedifragus fieres ? » Respondit beatus et dixit : « Hoc de me sincere fateor, o iudex : viginti quinque mihi sunt anni, ex quo vanum errorem sectatus sum ; nunc autem cognito Deo vero, patriorum numinum multitudinem eiuravi. Proinde mundanae fallaciae ab illa fide me non iam dimovebunt : quippe tormenta quae mihi impendent tolerare paratus sum. » Princeps ira exardescens beatum duodecies (2) flagellari iussit, ei barbam capillosque abrasit, et perscripta (eius) quaestionis tabula, eum pedibus manibusque ligatum in carcerem coniecit. Illic sanctus poenae suae socium (3) quemdam reperit, Narsetem (4) nomine, qui iam a multo tempore propter Deum in carcere vinctus erat. Ab isto didicit beatus sanctam fidem et psalmos viginti, atque hoc modo sine intermissione Deum laudabat et precabatur.

PASSIO et Nichoracan praefecto,

ad vincula primum

C (1) Vide Comm. praev. num. 9, supra p.195. — (2) Verbum e verbo : duodecim dupla ; cf. syriacum ܕܘܘܕܥܝܢܐ. — (3) Vel : in se misericordem ; cf. hiberica. — (4) Cf. Comm. praev. num. 10, supra,

p. 195. — (5) Armenice Nachapetn, quod graece diceret : ὁ Προδρόμος. Vide Comm. praev. num. 11, supra, p. 196.

iterumque damnatur.

In carcere baptizatur

ipse christianus sum. » Quod cum magi conspexissent, ei dixerunt : « Quomodo haec ausus es agere ? » Beatus autem iis dixit : « Iamdudum equidem Christo credebam et de magorum religione dubitabam. Sed nunc Christum palam confiteor neque amplius ignis sum minister. »

3. Magi, cum hoc miraculum vidissent, diligentia usi ethnarchum (1) monuerunt, qui vocabatur Nichoracan, et (falsum) crimen sancto imposuerunt. Itaque coram tyranno illo eum constituerunt. Tyrannus autem dixit ei : « Miserande homo, cur patriam magorum religionem deseruisti et votum stulte perregisti ? » Respondit sanctus et dixit : « Vera de me dixisti, iudex. Iam enim quinque anni sunt ex quo inanem turpemque vitam duco ; nunc autem, cognito Deo vero, patriorum numinum multitudinem eiuravi. Proinde vitae huius momenta me a vera fide separare non poterunt ; quoniam tormentis me obicere paratus sum. » Iratus princeps iussit eum duodecies flagellari. Capillos et barbam ei abraserunt. Perscripsit autem (princeps) eius quaestionem singillatim, et beatum manibus pedibusque ligatum in carcerem coniecit. In carcere invenit beatus qui sibi provideret, Narsetem (quemdam) nomine, qui a multo tempore Christum adorabat in isto carcere. Ab eo didicit veram fidem et psalmos Davidis ; sic igitur sine cessatione precationem faciebat.

4. Elapso brevi tempore Nichoracan amoverunt eiusque loco summiserunt (2) Nabeden (3). Qui pro tribunali sedens, coram se citavit beatum Mahaşoţ ; cui dixit : « Quomodo patriam magorum religionem deserere ausus es ; et ignorato illi Christo credidisti ? » Dixit beatus : « Unus est Deus

(1) eristansa. — (2) Ed. : summisit. — (3) Hic et in sequentibus : Nachapet.

գիտութիւն

PASSIO

գիտութիւն : » Եւ սրտմտեալ Կախապետին՝ հրամայեաց զան հարկանել զնա սաստիկ, եւ կապեալ նորին երկաթովք տարան ի բանտ : Եւ լեալ ի բանտին այլ եւս ամս երիս՝ հայցէր ի քահանայէն առնուլ գտերուհական կնիքն, զի անուանեցէ զնա Իզբոզետ, որ թարգմանի Ատտուածատուր, այսինքն է յԱտտուծոյ փրկեալ, զոր եւ հոգին սուրբ կենդանաւ զբեր : Որ եւ զօրացեալ լինէր ի բանտին հոգովն, եւ հանեալ տայր զհանդերձս իւր կարօտելոց, եւ ինքն զգեհոյր այծեայս եւ հողաթախ : Եւ այսպէս պահովք եւ աղօթիւք հսկէր սագմտելով անդադար գեղեցիկ կրօնատրութեամբ : Եւ ի ընտլ այլ եւս երից ամացն՝ յաջորդէր զԵսխասպետն որում ֆհարիկն ասէին : Դպիր ոմն սորա երթեալ ի բանտն՝ հարբէր պատրել զերանելին. ասէ զնա. « Քեզ միայն Արեաց աշխարհն չեղև բաւական, զի մուրեալ եւ ի մոզութենէ, անձամբ զքեզ գերի վարելով առ հասարակ յաշխարհէ եւ ի գենէ մուրեալ : » Պատասխանի տուեալ սրբոյն ասէ. « Ամենայն անձանօթք ճարտարաց բնութեամբ սպասուորին, եւ կենդանիքս ի ստացողէն ստրկացան. այսպէս՝ եւ մարդիկ իւրեանց արարին պարտին ծառայել միայն Ատտուծոյ. վասն որոյ եւ եւ յանտուութեան իմում նանտութեան ծառայեցի. իսկ յորժամ գլխաւ յիս Ատտուած, կալեալ զմտածութենէ իմնէ կապեաց ի սէր պատուիրանաց իւրոց՝ ներկեալ յուսով Հնորհի իւրոյ, զոր ոչ կարասցեն կենցաղոցս փորձութիւնքս փոխիսել : » Եւ լուեալ զայս ատենազպրին՝ յասն յարեալ ցամամբ, եւ սկսաւ հարկանել զնա բրով անողորմ : Եւ այլ եւս բազում ազգի ազգի ամանջանս հասուցանէր երանելոյն, զի հաւանեցի ունել զմոզութիւնն :

B

ut dominicum sigillum acciperet adeoque nomen sibi daretur Isbozetes (1), quod interpretatur vertitur Adeodatus (2), id est a Deo servatus (3) ; sic ovinante Spiritu Sancto (4). Ille autem in carcere Spiritu confirmatus est ; vestes suas sibi detraxit deditque pauperibus. Ipse vero pelles haedinas et sandalia induit. Et sic, inter ieiunia et precatones, vigiliis ducebat in psalmodia perpetua, monastica observantia praeclare fungens. Elapsis iterum annis tribus, in Nabedis locum successit is quem Chanarangen (5) vocabant. Huius scriba quidam, cum ad carcerem venisset, dolis voluit beatum decipere ; cui dixit : « Tibi uni non sufficit Ariorum (6) terra, quandoquidem a magorum religione aberrasti atque in captivitatem a te ipse deditus, patria procul et religione pariter vagatus es ? » Respondens sanctus ei dixit : « Quaecumque sensu carent (7), natura sua artificum utilitatibus prosunt, animantia autem possessori suo serviunt ; haud aliter et hominum genus conditori suo aequum est famulari, (qui) unus est Deus. Quapropter ignorans equidem feci ut vanitati seruirem ; sed cum Deus mei misertus est, cogitatione mea potitus est, eam mandatorum suorum amore alligavit, gratiae suae spe imbuens (8), quam vitae huius discrimina mutare non poterunt. » Quae cum audisset tribunalis tabularius in pedes furens prosiliit et scipione crudeliter illum verberare coepit. Plurimis insuper omnis generis cruciatus beatum affecit ut in magorum religionem concederet.

et Isbozetam nomen assumit.

Post iteratas saevitias,

E

4. — 1 եւ այսպէս cod.

(1) Verbum e verbo : rogavit a sacerdote illo dominici sigilli susceptionem, ut appellaret eum Isbozetam. — (2) Sive Theodolus. — (3) Vide Comm. praev. num. 11, 18, supra, pp. 196, 200. — (4) Verbum e verbo : quod et Spiritus sanctus depingebat, vel describebat. Profecto si Armenium nostrum syriaco documento usum esse constaret, diceres eum pro Խոջոց Խոջ Իյ Բո, a Spiritu Sancto (ex parte Spiritus Sancti), legisse Խոջոց Խոջ Իյ Բո, quod depinxit Spiritus sanctus.

—(5) Armenice : Qnarikn ; cf. Comm. praev. num. 12, supra, p. 190. — (6) Graece τὰς Ἀριανῶν, i. e. Persarum ; de quo nomine, HÜBSCHMANN, Armenische Grammatik, p. 25-26. Cf. hibernicam versionem hoc loco. — (7) Textus : ignota omnia, ܩܘܘܿܬܐ ܕܥܘܿܠܐ, passive, pro ܩܘܿܬܐ ܕܥܘܿܠܐ, active, vel ܩܘܿܬܐ ܕܥܘܿܠܐ. — (8) Verbum e verbo : tinxit, infecit, nisi tamen ներկեալ hic positum est pro ԽԵ՛Լ quod mergere pariter significat et signare.

F

universorum creator, qui mentem perspicit eorum qui bonum diligunt ; qui respexit animum meum languentem impietate plures deos adorantium, et ad veri Dei obsequium me traduxit. » Indignatus Nabedes eum iussit graviter verberari et iisdem ferreis vinculis ligatum in carcerem coniecit. In quo carcere per tres rursus annos fuit, in eodem baptismum accepit, rogavitque sacerdotem ut sibi nomen daretur Isbozetes (1) quod interpretantur : « a Deo educatum », id est : « a Deo liberatum ». Eum porro Spiritus Sanctus in carcere confirmavit. Exinde detractas sibi vestes pauperibus donavit ; ipse autem pelles haedinas et sandalia (2) induit ; orando vigilabat, ieiunando psallebat sine intermissione, atque in eius modi alternatione vita monastica praeclare fungebatur. Elapsis tribus annis, istum Nabeden amoverunt atque eius loco alium suffecerunt, qui dicebatur Knar anid prion (3). Is in carcerem veniens beatum decipere constituit ; cui dixit : « Tibi uni non sufficit Medorum (4) terra, qui tam impudenter a magorum religione ipse ultro aberrasti et (procul) ab exercitu Persarum captivus factus es ? » Respondit sanctus et dixit : « Omnia quaecumque facta sunt effectori suo obsequuntur ; animantia nutritori suo serviunt ; haud aliter et homines Deo con-

(1) Izit bozit. — (2) σαρδάλια. — (3) Vide supra, p. 196, annot. 11. — (4) Թեօ՞՞ ; quasi Hiberus in armenio exemplo legisset Մարաց ; de quo nomine HÜBSCHMANN, Armenische Grammatik, p. 52. Ex utroque textu videtur restituendum : Tibi uni non sufficit terra Persarum et Medorum.

5.

A 5. Յայնմ ժամանակի թողաւոր լուեալ զբազում բռնութիւնս եւ գառաւազանս զոր հասուցանէին աշխարհին Հայոց գործակալքն, առաքէր երես իշխանն հաւատարմն այց առեւել երկրին. սնուն միտմն 'հասոյ' որ կուի Գրովանդական, եւ երկրորդին Պերոզ' որ էր Ռէոյ գաւառին մնգւեա, եւ երրորդին խոյսոյ' որ էր սպասաւոր արքային. որք եկեալ ի Հայո բազում ուզգութիւնս արարին : Եւ յաւուր միում հրապարակածով արարեալ նստէին յաստիս յարգոս հրամանին արքունի : Ի նմին ժամու արք. ամբարիշտք զգացուցին իշխանացն եւ ստն. « Են արք. երեք ի բանտի, որոց զմեր պաշտօնն թողեալ եւ զքրիստոնէութիւնս են յանձն առեալ. հերոսն սնն Ռաժիկ, եւ Սահակ սնն յԱտրպատականէ, եւ ի իգիտարուցիտ Պարսիկ : » Եւ հրամայեցին սոճել զնոսս : Ասէ մոզպեան ցնեբաէս. « Ընդէր եղեր քրիստոնէայ : » Ասէ երանելին. « Մայր իմ քրիստոնէայ էր, եւ ի սպայութեանն էի հաւատացեալ ի Քրիստոս. չգիտեմ բնաւ զճեր զնոյ : » Հարցեալ եւ ընդ Սահակ. եւ նա ստէ. « Ի սպայութեանն լեալ էի քրիստոնէայ : » Իսկ երանելին իգիտարուցիտ կայր յետոյ,

5. Interea cum rex inaudiisset de vexationibus saevitiisque non paucis, quibus procuratores Armeniam terram affliciebant, tres principes sibi fidos summisit, qui res huius provinciae recognoscerent. Primo nomen erat Nadoes (1), qui dicebatur Drovandacan, alteri Perozes, qui Rhagarum pagi archimagus erat, et tertio Choiap, qui regis erat minister. Isti igitur cum in Armeniam advenissent, multa in rectum ordinem restituerunt. Die quodam, indictis in foro comitiis, pro tribunali consederant, ad mandata regis exsequenda, cum impii quidam homines ad hos principes delationem pertulerunt, et dixerunt : « Sunt in carcere viri tres, qui deserta religione nostra, christianorum religioni se addixerunt, Narses quidam Razicenus, Isaac quidam ex Atropatene et Isbozetes Persa. » Hos igitur (illi) adduci iusserunt. Narseti dixit archimagus : « Quare christianus factus es ? » Dixit beatus : « Mater mea christiana erat ; ipse equidem a puero Christi fidelis fui ; vestram sectam prorsus non novi. » Interrogavit quoque Isaac ; qui et dixit : « Ab infantia christianus fui. » Verum beatus Isbozetes retro stabat ac demissa voce psalimum sextum psallebat : « Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripas me. » Illis igitur dimissis, dixit (archimagus) ad Isbozetam : « Heus tu, miserrime, cur sectam illustrem deseruisti, ut ignobili christianorum doctrinae crederes, et rursus contumaci animo (2) igni sacrificasti ? » Dixit sanctus : « Profecto, sa-

PASSIO
landem
e regis
quaesito-
ribus,

E
Psalm.
6, 2.
nequiquam
minis

5. — 1 post նմին, ժամի cancellatum. — 2 ամբարիշտք cod.

(1) Armenice *Nadoi* ; de hoc sequentibusque vocabulis cf. Comm. praev. num. 12, supra, p. 197. — (2) Textus : *urgendo vel cogendo*. Hiberus, ut alias, difficultatem eludens : *qui alios sacrificare cogebas*, quod cum martyris responsione male cohaeret. Forsitan syriace scriptum fuit *ܚܝܕܐ*, « contumaciter », quod interpre-

ductum putavit non ab *ܚܝܕܐ*, *refractarius, contumax fuit*, sed ab *ܚܝܕܐ*, *coegit, ursit, impulsit*. Videtur itaque iudex Isbozetae crimini dedisse quod Persarum religionibus operatus esset, cum iam mente et animo iis esset alienus : quae erat sacrilega caerimoniarum religionisque violatio. Cf. HARLEZ, *Avesta*, p. CLXXXI.

ditiori suo aequum est servire. Hactenus ergo vanitati obsecutus sum. Sed quandoquidem Dominus me respexit, et misertus mei, mandatorum suorum amori me (clavis) affixit ; gratia spei (1) suae me immutavit, a qua vitae huius inanis discrimina me disiungere non poterunt. » Quae cum audivisset consilii princeps, indignabundus assurrexit, crudeliter eum verberavit, omnibus tormentorum generibus sanctum affecit ut magorum religioni eum subiceret. Ille autem in bono certamine magis etiam proficiebat.

5. Hoc tempore audivit rex Armenios plurimas vexationes aerumnasque passos esse ; itaque tres principes (sibi) fidos illuc misit. Primo nomen erat *Avtdrovandacani* (2) ; alteri Peroz, qui princeps erat magorum terrae *Reusi* (3) ; tertius vero dicebatur *Pača* (4), qui regis erat minister. Advenerunt igitur isti in Armeniam resque in rectum ordinem restituerunt. Die quodam in foro comitia habuerunt ac pro tribunali sedentes congruenter praecepto regis, eos interrogabant qui detinebantur in carcere. < Illis autem dixerunt : « Sunt homines in carcere (5) > qui religionem nostram deseruerunt et christiani facti sunt ; Narses quidam nomine, Razicenus, Isaac ex Atropatene (6) et Isbozetes (7) Persa. » Hos igitur iussit princeps magorum adduci et dixit Narseti : « Quare christianus factus es ? » Ille autem dixit : « Mater mea christiana erat, et ipse a puero christianus fui ; religionem autem vestram prorsus non novi. » Interrogavit quoque Isaac, qui et dixit : « Inde ab infantia mea christianus fui. » Beatus autem Isbozetes (8) retro post eos stabat ac demissa voce aiebat : « Domine, ne in furore tuo arguas me. » Itaque produxerunt beatum, cui dixit ille : « O miserande, cur perillustrem religionem deseruisti, et huic ignobili christianorum religioni credidisti, qui alios quondam igni sacrificare cogebas (9) ? » Dixit sanctus : « Sic habet ; ritu magorum olim sacrificavi ; et doctior fui quam tu. Quod si iubebis, verba faciam atque intelleges quanto excellentior sit reli-

F
Psalm.
6, 2.

(1) Ed. *spe*. — (2) Vide Comm. praev., supra, p. 197, annot. 5. — (3) *Ibid.*, annot. 3. — (4) Legendum *pacha* ; quod iam prope abest a *hoiap*. — (5) Haec vel plura his similia propter homoeoteleuton exciderunt. — (6) *atrcanit*. — (7) *Iziť boziť*. — (8) *Izid bozid*. — (9) Vide annotata ad Passionem armeniam.



PASSIO

և նուազ ձայնիւ սաղմոսէր զվեցերորդ սաղմոսն. « Տէր, մի սրամտութեամբ քով յանդիմաներ զիս, և մի բարկութեամբ քով խրատեր զիս: » Եւ գասուցեալ զնոսս՝ սակ յիզիտորուզիտ. « Այ թշուառական, ընդէր զլուսաւոր դեմն թողեր և նսեմաւոր քրիստոնէութեան հաւատացեր, և դարձեալ ստիպելով զոհեալ քո հրոյ: » Առէ սուրբն. « Այո՞, զոհեալ, և զմեզու թիւն առաւել գիտեմ քան զքեզ. և եթէ հրամայես ասել և յայտ առնել, քան զամենայն պաշտամունս, զոր ես քննեալ և հաւատեալ ծանուցեալ < զի > քրիստոնէութեան միայն է կարողութիւն փրկել յահապիւն ի մահուանէն: » Եւ լուեալ մոզպետին՝ հրամայէր սպասուորացն պատասխել՝ զպարեգոս նորա և հանել զինկուզն. հարկանէին զգլուխ երանելոյն և գծորուն խլեալ արմատազի:

6. Եւ դարձեալ զերեսան երանելիս հրամայեցին պահել զերիս աւուրս. և յետ այնորիկ ածեալ զնոսս՝ ոչ կարէին հաւանեցուցանել. ապա արգելին զնոսս ի տան զիւրմ անկերակուր: Եւ հրամայեաց մոզպետն արկանել ծուխ զգլխերն ամենայն: Վտանգեալ սուրբն՝ արագակէին և ասէին. « Աստուած, յոգնել մեզ նա. յետ, և, Տէր, յընկերել մեզ վաթիմ: » Եւ այսպէս անզագար սաղմոսէին մինչև ցտուառան: Եւ լեալ ի բանտին աւուրս ասան: Եւ ի գլխերի միւրմ՝ յաւուր կիրակէի, յորում հանգերձեալ էր Յիզիաբազիտ վկայել, անտութիւն երեսէր նմա. այր ոմն ունէր ի ձեռինն վարոց, և հասուցեալ ի գլուխ նորա, և հոտէր արխանն ի միջէ աչաց նորա: Եւ երեսեալ երկից լուսազգեաց արանց՝ ի բաց մերձեցին զայրն որ եհարն, և բերեալ պսակ յընտիր մարգարտէ՝ զնէին ի գլուխ նորա: Եւ զարթուցեալ պատմեաց ընկերացն, և զիտացին եթէ հասեալ է

crificavi, magorumque doctrinam melius novi quam tu. Quod si me verba facere et causam explicare iubebis, cognosces quantum christianorum doctrina omnibus aliis religionibus antecellat, quibus ipse exploratis, certissime cognovi christianam religionem solam esse quae servare (hominem) possit a morte formidolosa. » Quae cum audisset archimagus, satellitibus imperavit ut eius tunicam scinderent et cucillum (ei) detraherent. Beati caput contuderunt barbamque radicitus ei avulserunt.

6. Porro beatos tres in triduum custodiri iusserunt (principes); deinde cum eos denuo evocassent, ad suam non potuerunt pertrahere sententiam. Eos igitur, subtracto cibo, in domo quadam incluserunt, (in quam) archimagus per totam noctem fumum immitti iussit (1). Sancti angustia pressi clamabant dicentes: « Deus in adiutorium nostrum intende; Domine, ad auxiliandum nobis festina. » Et hoc modo, ad auram usque sine intermissione psallebant. Decem dies in eo carcere expleverant, cum nocte quadam, die dominica (2), in qua Isbozetes martyrium editurus erat, (eius modi) visum ei ostensum est: homo quidam in manibus virgum gerebat, (qua) cum caput eius attigisset, defluxit cruor inter eius oculos. Et apparentes (ei) tres homines luce amicti, procul expulerunt hominem istum, qui eum percusserat, coronamque e gemmis pretiosis (3) allatam in eius caput imposuerunt. Expergefactus rem narravit sociis suis, qui intellexerunt instare horam eius. Diluculo satellites (4) adfuerunt, qui venerant ad carcerem ut sanctos ducerent. Et adveniens licitorum praefectus in carcerem, < sanctum iussit ad tribunal (5) > duci. Qui salutatis fratribus

B

C

et crucatibus tentatur.

E

Psalm. 69, 2.

Somnio praemonitus

F

² այս cod. — ³ supplev. e contextu. — ⁴ պատասխալ cod.

(1) Quasi ad ulciscendum ignem cuius religionis illi respuerant. — (2) Intellege: nocte quae ritu nostro pervigilium esset dominicae. Vide Comm. praev. num. 14, supra, p.198. — (3) Ver-

bum e verbo: ex electa margarita. — (4) Proprie: fideles, syriace ܦܝܕܝܐ. — (5) Aliquid eius modi hoc loco supplendum est, qui certe mutilus est. Neque satis intellegitur superius illud: ut san-

gio christiana omnibus illis observantiis, quibus ego exploratis perspexi unam religionem christianam valere ad liberandum a morte aeterna. » Quae cum audisset magorum princeps, satellitibus suis imperavit ut eius tunicam scinderent. Et cucillum ab eius capite detraxerunt. Iussit ille contundi caput eius. Barbam ei prorsus avulserant.

6. Tum ille tres beatos per triduum custodiri iussit. Et post tres dies eos rursus evocavit neque eos flectere potuit. Itaque iussit eos in domum unam retrudi, neque illis sumministrari cibum aut aquam ad bibendum, et per totam noctem (immisso) fumo eos suffocavit. Verum sancti (animo) confirmati, ad Deum (1) clamabant atque dicebant: « Deus, in adiutorium nostrum intende; Domine, ad adiuvandam nos festina. » Et in hunc modum sine intermissione psallebant usque ad auroram. Elapsis autem diebus decem, nocte quadam diei dominicae in qua sanctus Isbozetes (2) decessurus erat, mirabile visum illi ostensum est: homo quidam, qui flagellum manibus tenebat, caput eius diffidit, defluxitque erutor inter eius oculos. Tum alii tres homines ei visi sunt, luce amicti; qui hominem illum expulerunt, qui flagello eum caeciderat, coronam adornarunt e pretiosis margaritis eamque in eius caput imposuerunt. Ut autem experrectus est, rem nuntiavit sociis suis, qui intellexerunt advenisse horam eius. Diluculo, advenerunt tortores eius in carcerem sanctumque eduxerunt. Qui fratribus valedixit et psalmum hunc recitavit: « Cum invocarem exaudivit me Deus iustitiae meae. »

Psalm. 69, 2.

Psalm. 4, 2.

(1) Ed.: a Deo. — (2) Izit-bozit.

Ճամբ

A Ժամ նորա : Եւ ի վաղիւն եկեալ Հաւատարիւնն երթեալ ի բանսն անեղ զաւրբն. եւ եկեալ զաշնապետն ի բանսն՝ < Հրամայեաց զաւրբն յատեանն ¹ > ասնել, եւ նա հրատարեալ յեղբարցն գնայր. եւ յերթալն սաղմուէր մինչեւ ի անդի ասնելն : « Ի կարգալ իմում լուար ինձ ըստ արդարութեան, ի նեղութենէ ինձ անգորր արարեր : »

7. Եւ կատարեալ զսաղմունն՝ հասանէր ի անդի ասնելն : Եւ լուեալ քրիստոնէիցն՝ առ հասարակ զիմեցին անգր տեսանել զնահատակութիւն սրբոցն : Եւ սուրբն ի զիտրուզիտ կայր առաջի սրբոց զատուտացն. եւ կազմեալ երկու փայտս մահապարտաց, զոր բերեալ առաջի՝ ասէ մոզպետն ցաւրբն. « Տեսանես զիտրուտք յորում հանդերձեալ ես մեռանել. ինչպե՛ս ի քեզ, եւ մի ի նմին յամուտութեան կար : » Պատասխանի ետ սուրբն եւ ասէ. « Առաւել եւս հաստատեալ եմ ի Քրիստոս, որ է յոյսն իմ. բայց զու զհրամայեալսն քեզ վասն իմ՝ կատարեալ. » Եւ հրամայեաց ասնել ի փայտն : Եւ սուրբն յոտարութեամբ արտիւ եւ զուարթ մտօք երթայր ի փայտն. եւ հանեալ ի նմանէ ի բաց զերծուցին զհանդերձիկն զոր սենէր : Ասէ երանելին. « Յիրաւի է այս այսպէս. զի եմ տեսնուողին ի կամուտը խաչելութեանն Միաձինն փրկիչ՝ մերկ ի խաչին բեւեռացալ, զի զնախահօրն մերոյ զմեղութիւնն զզեցուցէ. որ եւ զիս զօրացուցէ, զի պարտեցից զստանայական խորամանկութիւնս ի մարմնի իմում : » Եւ ստարածեալ զինքն ի փերայ փայտին՝ սկսաւ ասել զբառաներորդ երրորդ սաղմունն. « Արի, Տէր, օգնեա մեզ եւ փրկեա զմեզ վասն անուանք քո. համարեցաք որպէս զուխար ի զնուսն : » Եւ ի կանգնել զփայտն՝ յէ սա նա մոզպետն, զի թերեւս զարձցի : Եւ արհամարհեալ չտայր պատասխանի : Կայր ի փայտին սնդեալ ի բազմամբոսն ասնելն, եւ խոցէին նեաւք զկողս նորա :

6. — ¹ supplev. e. contextu.

clos ducerent. Forsitan Narses et Isaac quibus S. Isbozetes valedixisse dicitur in aliam custodiam transferendi essent. Aut pro h. բանսն, in carcerem, legendumne : h. բանսն, ex carcere (san-

abiit, et inter incedendum psalmum quartum exorsus a carcere ad tribunalis locum psalmum quartum decantabat : « Cum clamarem exaudisti me secundum iustitiam tuam et in angustia recreasti me. »

զչորբորդ սաղմունն, սկսեալ ի բանսն

7. Cum autem psalmum absolveret, pervenit ad tribunalis locum. Christiani, re audita, illuc se universi contulerunt ut sancti agonem intuerentur. Porro sanctus Isbozetes coram quattuor (1) iudicibus consistebat. Paraverant autem patibula tria, quibus allatis archimagus dixit ad sanctum : « Videsne hunc stipitem tuum, in quo inibi est ut moriari? Parce igitur tibi, et in hac obstinatione noli perseverare. » Respondit sanctus et dixit : « Immo firmius etiam ad Christum adhaerescio, qui est spes mea. Tu vero quae de me iussus es, perficito. » Itaque iussit eum in stipitem agi. Sanctus prompto pectore hilarique animo ad stipitem accessit. Et pannos quos gerebat ei abreptos detraxerunt. Dixit beatus : « Hoc iuste factum est ; nam Domini mei filius, Servator unigenitus, cum sponte sua crucis supplicium pateretur, cruci nudus affixus est, ut primi parentis nostri nuditatem vestiret. Qui me quoque confirmabit, ut Satanae insidias in corpore meo superem. » Et in stipitem se ipse extendens, psalmum quadagesimum tertium recitare coepit : « Exsurge, Domine, adiuva nos et libera nos propter nomen tuum. Habiti sumus sicut ovis sacrificio destinata. » Dum autem erigitur stipites, misit ad illum archimagus nuntium, si forte respiceret. Eum (sanctus) responso non dignavit. Stabat igitur stipiti affixus in tribunali multitudinis referto ; et sagittis eius latera configebant.

PASSIO
Psalm.
4, 2.

capitis
damnatur.

In cruce

Psalm.
43, 26
22.

F

7. Et cum hanc preceationem absolveret, pervenit ad tribunal in conspicuo loco (1). Christiani, re audita, omnes cursim ad spectandam eius fortitudinem convenerunt. Porro beatus Isbozetes (2) coram quattuor iudicibus constitit. Paraverant autem patibula duo, quae ante eum allata sunt. Dixit sancto princeps magorum : « Cernis hos stipites in quibus moriturus es? Te ipse libera ; et in pervicacia hace tua noli persistere. » Respondit sanctus et dixit : « Equidem ad Christum constantius etiam adhaerescio. Tu vero mecum age, quidquid volueris. » Ille autem iussit eum ad stipitem abduci. Sanctus igitur forti animo hilarique vultu profectus est. Cum autem eum ad stipitem adduxissent, vestibus quibus indutus erat eum spoliarunt. Dixit sanctus : « Iuste sic factum est ; etenim Dominus meus Deique filius, sponte sua cruci nudus affixus est, ut primo creati hominis nuditatem operiret. Qui hodie me confirmabit, ut comminuantur tencidulae diaboli. » Et cum eum in stipitem extendissent, exorsus est psalmum : « Exsurge, Deus, adiuva nos, et libera nos propter nomen tuum ; quoniam habiti sumus tamquam oves occisioni destinatae. » Iam stipitem erexerant, cum archimagus misso nuntio ad eum dixit : « Respice, et salvus esto. » Ille autem dicta eius contempsit neque responsum ei dedit ; sed stipiti (clavis) affixus erat inter multitudinem spectantium (3). Et sagittis latera eius confixerunt.

Psalm.
43, 26, 22.

(1) Verbum e verbo : ad consilium (tribunal) spectaculi.— (2) Izit-bozit.— (3) Verbum e verbo : spectaculi.

8.



PASSIO

8. Գիպեցաւ ի նմին աւուր հանել ի փայտ երկուս մահապարտս, զորս եւ հանին իսկ ընդ նոսա. մինն էր ի Ժողովոյն Խոսիկաց. զոր ածեալ ի փայտն՝ համբուրէր զոսս աւուրը վկային, եւ առեալ հոգ արինախառն որ ի կաթուածոց վկային՝ ընկնայր ի ծոց իւր : Եւ դահճապետն կռիւղով զգլուխ նորա, հանին ընդ աջ վկային ի փայտն, եւ ի նա ձգեալ զնան, եւ այսպէս աւանդեաց զողին : Իսկ միւսն Հրեայ էր. իբրեւ ածին ի¹ փայտն, բողբոքեաց առ դատաւորան. « Մի կորուսանէք, զմեզ թիւն յանձն առնում. » Եւ չկալեալ միս դատաւորացն, հանին զնա ի փայտն յահեկէ սրբոյն : Եւ երանելին ի մէջ երկուց մահապարտացն ի բարձր տեղով սղծակիղեալ յանդիման արեգականն եւ ամենայն Ժողովուրդոցն : Որ ունէր խորհուրդ զարմատալի, որ եւ յիշատակեալ ի նա տէրունայն բան՝ ըստ ճշմարիտ խոստման, թէ. « Որ հաւատայ յիս՝ զգործն զոր եւ գործեմ եւ նա գործեացէ, քեալ ասէ. « Զորս յառաջն ճանաչէր՝ լինել պատկերի որդւոյ իւրոյ : »

B

9. Եւ այսպէս քաջութեամբ վկայեաց սուրբն Յիզիարուղիտ ի ԻԳ. ամին Խոսրովու թագաւորի, որ օր երկու էր քաղոց ամսոյ, յաւուր կիրակէի, յերբորդ Ժամու : Եւ հրամայեաց պահել զմարմին երանելոյն ի վերայ փայտին. իսկ հաւատացելոցն ընտ յաջողելոյն Սասունոյ առեալ զմարմին սրբոյն՝ եւ պատուական հանդերձիք պատեալ, ինչոցն ի հանդիսա պայծառ.

8. — ¹ rescript. in alia littera.

C

(1) Idem fere pietatis signum morienti S. Georgio Persae Garamaeus quidam puer exhibuisse fertur ; qui a lictoribus item male mulcatus est. BEDJAN, *Histoire de Mar-Jabalaha*, t. c., p. 552-53. — (2) Consimili supplicio intercepti sunt, an. 615, S. Georgius Persa (BEDJAN, t. c., p. 548-51) ; an. 853, Salomon Sevordius, de quo infra, ad diem 10 novembris, in Actis S. Constantini Hiberi. Idem quoque necis genus

8. Contigit porro ut eodem die in stipitem agerentur duo rei mortis ; quos etiam (illi) secum eduxerunt. Horum alter erat e coetu Huzainorum. Quem cum ad stipitem admovissent, osculari coepit pedes sancti martyris, et accipiens pulverem mixtum cruore qui subter martyrem stillabat, in sinum suum deposuit (1). Et dum lictorum praefectus pugnis caput eius contudit, in stipitem eum sustulerunt ad dexteram martyris, sagittam in eum iacularunt, et sic tradidit spiritum (2). Alter vero iudaeus erat ; qui cum ad stipitem admoveretur iudices obsecrabat : « Ne (me) perdati ; magicam religionem suscipio. » Sed iudicibus ad eum animum non advertentibus, in stipitem sublatus est ad sinistram sancti. Qui beatus inter duos mortis reos, loco edito, in conspectu solis et universi populi, instar holocausti oblatum est. Quod mysterio admirabili factum est, quo in memoriam revocabatur Dominicus oraculum, in veridica illa promissione : « Qui credit in me, opus quod ego facio et ipse faciet ; et multo etiam his maiora faciet. » Et Apostolus ait : « Quos praescivit et praedestinavit conformes fieri imaginis filii sui (3) ».

inter duos latrones,

ad Christi similitudinem

Ioh. 14, 12

Rom. 8, 29.

եւ մեծամեծ եւս բան զնոյն : » Եւ առաւ յառաջագոյն հրաւիրեաց կերպարանակից

9. Sic (igitur) fortiter martyrium edidit sanctus Isbozetes, anno Chosrois regis vicesimo tertio ; die, qui mensis erat qalots secundus, in dominica, hora tertia (4). Iusserat autem (archimagus) beati corpus in stipite custodiri ; sed Deo fortunante, sancti corpus fideles sustulerunt et pretiosis vestibus involutum, cum illustri honore in conditorium deposuerunt, cum ingenti laetitia festum agentes, quoniam lux tam splendens fidelium orthodoxorum animos laetificavisset. Quapropter (5)

illustri martyrio coronatur.

F

videtur significare martyr Iesusabran in vaticinio quod de morte sua fertur edidisse. CHANOT, *Archives des Missions scientifiques*, t. c., p. 568. — (3) Cf. Comm. praev. p. 192, annot. 4. Totum hunc locum impudenter expilavit hagiographus qui Passionem commentus est S. Razden Persae. *Anal. Boll.*, t. XXXIII, p. 315-16. — (4) Cf. Comm. praev. num. 14. — (5) Ed. : quia.

8. Porro duos quosdam mortis reos cum eo in crucem egerunt. (Horum) alter erat e coetu Huzainorum ; quem adduxerunt ut crucifigeretur. Ille autem sanctum Christi martyrem osculari coepit ; terram quae defluente eius cruore mixta erat accepit et in sinum suum deposuit. Lictores vero caput eius contuderunt, eumque ad dexteram martyris in crucem egerunt ac sagittis confixerunt ; et sic Christo animam suam tradidit. Alter autem iudaeus erat. Qui cum adductus esset ut in stipite suspenderetur, ad iudicem clamare coepit, et dixit : « Ne me perdiris, et magorum religionem profitebor. » Iudices ad eius dicta non attenderunt ; et stipitem eum suspenderunt ad sinistram sancti. Itaque beatus cruci affixus, et (quidem) inter duos illos (patibulo) suspensus, erat quasi holocaustum coram sole (1) et universa multitudo. In quo consilium inerat mirabile, ut in memoriam revocaretur signum Dominicae crucis, congruenter iis quae verax Deus promiserat : « Qui credit in me, opus quod ego facio et ipse faciet, et maiora etiam quam illud faciet. » Apostolus autem ait : « Quos praescivit et ante vocavit, ut conformarentur Filio eius. »

Ioh. 14, 2. Rom. 8, 29.

9. Sic igitur fortiter passus est sanctus Isbozetes (2), anno vicesimo Chosrois regis Persarum, mense iulio, (die) secundo (3), in dominica, hora tertia. Praecepit autem (iudex) ut custodiretur (4)

(1) Ed. : illo, թո՛՞՞՞ ; lege : թո՛՞՞՞. — (2) Iziť - boziť. — (3) Cf. lemma Passionis hibericae, et Comm. praev. num. 22, supra, p. 201. — (4) Vox hiberica significat etiam : sepelire, vel occultare.

պատուով,

A պատուով, սուն կատարելով մեծաւ ուրա-
խութեամբ. յորում այսպէս լոյս փայլեալ
զուարճացոյց զանձինս ուղղափառ հաւա-
սացելոց : Վասն որոյ¹ ամենափրկչին Յիսուսի Քրիստոսի Տեան մերոյ, հան-
դերձ Հօր ամենակալի եւ Հոգւոյն սրբոյ՝ վայելէ փառք, պատիւ, այժմ եւ միշտ :

9. —¹ qf cod.

corpus sancti; sed fideles, cum fausto numine Dei, illud sustulerunt pretiosisque vestibus invol-
verunt; festum magnum egerunt et Dei laudes praedicarunt; cui sit gloria in aeternum. Amen.

PASSIO S. ISBOZETAE

AUCTORE PSEUDO-NARSETE

E synaxario armenio Gregorii Dserentz, ad fidem codicum bibliothecae Nationalis Parisiensis
Armen. 182 (= A), Armen. 181 (= B), Armen. 183 (= C) et Sancti Iacobi Armeniorum Hierosoly-
mis 120 (= D), collata editione vulgata (= D). Cf. Comm. praev. num. 26.

Մ ե հ ե կ ե ա մ ս ո յ յ¹ է յ թ² եւ
Փ ե ա բ ու ա բ է ի թ² վ կ ա յ ա բ ա ն ու
թ իւն ս բ բ ու հւ ո յ ն³ Շ ու շ ա ն ա յ
եւ Յ է զ է ա բ ու զ ա ի, ս բ է
Ա ս ա ու ա ծ ա տ ու ը⁴ :

Mensis¹ mehecan XIX et februarii XXV².
Passio sanctae Susannae et Isbozetae, qui
est Adeodatus³.

1. Յայժմ առուր վկայարանութիւնն սրբ-
բոյն Յիզիարուզի, որ թարգմանի Աս-
տուածատուր¹, յամս թարգմանութեանն²
Պարսից³ խորովու սրբւոյն⁴ կաւատայ⁵
եւ է թարգմանութեանն Յունաց Յուստիա-
նոսի թրակացոյ. յորում⁶ ժամանակի⁷
բազումք վկայեցին է Պարս⁸ վասն հա-
ւատոյն⁹ Քրիստոսի : Ընդ որս եւ այր մի
Գրիգոր անուն մեծաւ համարձակութեամբ
վկայեաց¹⁰ : Զոր¹¹ տեսալ մի ոմն յոր-
դոցն քրմաց¹², Մախո շանն, է Գրւին
քաղաքի¹³, խղճէր է մոգութենէն եւ¹⁴ երկ-
մտեաց է հաւատոց մոգոցն¹⁵ : Եւ յաւար
միում¹⁶ մոգքն զոչս մատուցանէին աարու-
շանին¹⁷ է Գրւին¹⁸, եւ բոցն բարձրացեալ
այրէր¹⁹ զապարանն, եւ ոչ կարէին²⁰

1. Hodie passio S. Isbozetae — quod vertitur
Adeodatus¹ — iis annis cum in Perside regnaret
Chosroes Cabadis filius et in Graecia Iusti <ni->
anus Thrax². Hoc tempore, in Perside complu-
res martyres facti sunt propter fidem³ Christi;
inter quos et vir quidam nomine Gregorius sum-
ma cum fortitudine martyrium passus est⁴. Quod
cum conspexisset homo quidam e gente sacrifi-
colorum, Machos nomine, ex urbe Dubion⁵,
magicam religionem suspectam habere, et⁶ de
fide magorum dubitare coepit⁷. Die quodam⁸
magi in pyraeo⁹ Dubion¹⁰ sacrificium offere-
bant¹¹, cum flamma sursum assurgens aedes
incendit¹²; neque ignem restinguere poterant¹³.
Quod cum audivisset¹⁴ Armeniae chiliarchus ad
ecclesiam properavit assumensque secum sacer-
dotes cum vivifico¹⁵ (ac) sancto crucis et¹⁶
evangelio, ad aedes se contulit¹⁷. Et continuo

Isbozetes
olim
magus,

Lemma. — ¹ (մեհեկի ը թ) մեհ. ըթ եւ փեռ.
(փեռըվարի C; փեռըվարի D) ին B, C, D; om. I.
— ² վկայութիւն 1. — ³ սրբոյն (ուհ add. supra lin.)
A; om. B, C, D — ⁴ (շուշանայւստ) սրբոյն յիզե-
րուզի աստուածատուր (աստուածատուր D) B, C,
D; յիստուածատուր վկային որ ասի աստուածատուր I.
1. — ¹ (յայժմ աստ.) om. B, C, D, I. — ² թա-
ւարութեան C, I. — ³ om. I. — ⁴ որոց I. — ⁵ պար-
սից արքային add. I. — ⁶ յայնմ D. — ⁷ (եւ է
ժամանակի) om. I. — ⁸ (ի Պարս) om. I. — ⁹ անուանն
C. — ¹⁰ om. I. — ¹¹ գնա I. — ¹² որում անուն էր
add. I. — ¹³ (անուն քաղաքի) om. I. — ¹⁴ (խղճէր
եւ) om. B, C, D — ¹⁵ եւ խղճեալ զբոզէր է մո-
գութենէն add. B, C; եւ եւ. զբոզէր է մանկութենէ
add. D; (մախո շանն) մոգոցն) խղճէր է մոգութենէն եւ
եկեալ բնակէր է դուին քաղաք հայոց մասն է պա-
րսիկ մոգ, երկմտի հաւատոց նոցա I. — ¹⁶ (եւ միում) յաւարոն յայնոսիկ I. — ¹⁷ յաարուշանի C;
աարուշանի B; կրակին I; այս է կրակարանն add. B, C, D. — ¹⁸ (ի դ.) om. C, I; եւ մախո ընդ նոցա
add. I. — ¹⁹ սկսաւ այրել I. — ²⁰ կարացին I.

Lemma. — ¹ om. B, C, D. — ² (mensis -
XXV) om. I. — ³ (Passio - Adeodatus) pass.
sancti Izbozetae Adeodati B, C, D; martyrium
Isbozetae (Jistbouzta) martyris qui dicitur Ad. I.
1. — ¹ (hodie - Adeodatus) om. B, C, D, I. —
² (et in Graecia - Thrax) om. I. — ³ nomen B, C,
D. — ⁴ (mart. - est) om. I. — ⁵ (ex - Dubion) om.
I. — ⁶ (magicam - et) om. B, C, D. — ⁷ (de fide -
coepit) et anxius animo fidem magorum abomi-
nabatur B, C; et anx. an. a pueritia indigna-
batur D; et veniens habitavit in Dubion urbe
Armeniorum apud magum persam, dubitans de
eorum fide I. — ⁸ hoc tempore I. — ⁹ quod est
ignis templum add. B, C, D; om. I. — ¹⁰ om. C, I.
— ¹¹ et Machos cum illis add. I. — ¹² incendere
coepit I. — ¹³ ortus estque tumultus in urbe
add. I. — ¹⁴ vidisset B, C, D. — ¹⁵ om. B, C, D. —
¹⁶ sancto add. C, D. — ¹⁷ (cum - contulit) vivi-
ficam (ac) sanctam crucem et evangelium I.

չի՛ուցանել

SYNAXA-
RIUM

շիջուցանել²¹ : Չոր լուեալ²² հազարա-
պետն²³ Հայոց²⁴ վաթճայա²⁵ յեկեղեցին .
և անեալ զքահանայն, կենաստու²⁶ սուրբ
նշանաւ խաչին²⁷ և և²⁸ աւետարանան²⁹,
եկն յապարանն³⁰ . և անգէն վազվազակի
զաւրութեամբ սուրբ խաչին³¹, շիջա-
բոցն³² : վասն որոյ³³ և մոզքն³⁴ հնորհակալ
եղին նոցա : Իսկ³⁵ Մախոշ³⁶ ի բաց
ընկեցեալ զգործի զոհին և անեալ ի
ձեռս³⁷ իւր³⁸ բուրվանն³⁹ և և³⁹ երթայր⁴⁰
առաջի⁴¹ խաչին մինչև յեկեղեցին⁴² : Եւ⁴³
հարախառնեցին զնա մոզքն⁴⁴ առ վերակացու քաղաքին . և անեալ⁴⁵ կացոցին զնա⁴⁶
առաջի⁴⁷ յատենի : Եւ⁴⁸ նա համարձակութեամբ⁴⁹ խոստովանեցաւ⁵⁰ զհաւատս⁵¹ Քրի-
ստոսի և այցանեաց զպաշտանս նոցա . ընդ որ⁵² բարկացեալ զատուորն և
տանեալ զնա ի բանա, խզեցին⁵³ զմաւրուսն և հարին զնա⁵⁴ սաստիկ⁵⁵ և հարկին ի
բանս⁵⁶ :

2. Եւ էր ի բանտին արեղայ մի Ներ-
սէս¹ անուն², յորմէ ուսանէր Մախոշ³
B աւր ըստ աւրէ զհաւատս Քրիստոսի⁴ և
սաղմունն Գաւթի⁵ : Եւ յետ Գ ամաց⁶
մկրտեցաւ Մախոշն⁷ ի բանտին⁸, և
անուանեցաւ Իզիտուզիս⁹, որ է¹⁰ Աւ-
սուածատուր : Եւ էտու ի բանտին և
զկարգ կրանաւորութեան¹¹ : Եւ յետ ա-
մաց չորից¹² եկին արք Գ յարքայէն Պար-
սից¹³ Իրաւունս անեալ ստուապանաց աշ-
խարհիս Հայոց . և յաւուր միում նստեալ¹⁴
յատենի քննէին զբանտարկեալն¹⁵, և
ազգեցաւ¹⁶ նոցա թէ ի վաղուց հետէ¹⁷
արք Գ են ի բանտին¹⁸ որ ի մոզութենէ¹⁹
ի քրիստոնէութիւն զարձան . Մախոշ և
Մահակ և Ներսէս . զոր բերեալ¹⁹ առաջի

virtute sanctae crucis ignis illic exstinctus est. D
Quam ob causam¹⁸ magi¹⁹ gratias illis egerunt.
Verum Machos sacrificii celebrationem deseruit,
manu turibulum assumpsit et ante²⁰ crucem
usque ad ecclesiam incessit. Itaque²¹ magi
apud urbis praefectum eum criminati sunt;
apprehensum²² igitur eum in iudicium produ-
xerunt. Ille autem audacter Christi fidem con-
fessus est, eorumque religiones irrisit²³. Quapro-
pter indignatus iudex eum in carcerem tradi ius-
sit; barbam ei avulserunt, graviter²⁴ eum con-
tuderunt et in carcerem coniecerunt²⁵.
in carcerem
coniectus

2. Erat autem in hoc carcere monachus ali-
quis Narses¹ nomine; a quo Machos cottidie
addiscebat fidem Christi² et psalmos Davidis³.
E Post tres annos⁴, Machos in carcere baptizatus
est et appellatus est Isbozetes⁵, quod est⁶ Adeo-
datus; atque in carcere monasticum etiam ordi-
nem suscepit⁷. Post quattuor⁸ autem annos⁹,
advenerunt viri tres a Persarum rege missi qui
vexationem (passos) in terra Armeniae in eorum
iura restituerent. Die quodam¹⁰, cum pro tri-
bunali sedentes de captivis quaestionem habe-
rent, relatum est iis in carcere iam pridem¹¹ esse
tres viros, qui a magorum religione ad christi-
aniam transiissent: Machos, Isaac et Narsetem.
Quos coram se adductos cum interrogassent,
reppererunt Isaac quidem et Narsetem ab in-
fantia¹² christianos nati¹³ fuisse, solum autem
Machos a Persarum fide¹⁴ ad christianam reli-
gionem¹⁵ conversum fuisse. Quapropter¹⁶ ves-
baptizatur.

21 և եղև ազմուկ ի քաղաքին add. I. — 22 տեսեալ
B, C, D. — 23 հարապետն C. — 24 և add. D. —
25 ընթացաւ I. — 26 om. B, C, D. — 27 (ն. խ.) խաչն
I. — 28 սուրբ add. C, D. — 29 յաւետարանսն I.
C — 30 (եկն յապարանն) om. I. — 31 զաւր. - խաչին
ի զաւրութենէ քրիստոսեան նշանին I. — 32 հուրն
D. — 33 (զ. n) om. I. — 34 մոզքն A; քուրմքն I. —
35 այլ I. — 36 մախոշն B. — 37 զձեռն C. — 38 (ի-
իւր) om. I. — 39 om. B, D, I. — 40 գնայր I. —
41 սրբոյ add. I. — 42 և խունկ արկանէր add. I. —
43 զոր տեսեալ մոզուցն B, C, D; ի վաղին գնացեալ
մոզք add. I. — 44 om. B, C, D, I. — 45 կալեալ B,
C, D; անին I. — 46 om. C. — 47 om. B. — 48 (կա-
ցուցին և) յատենս : իսկ I. — 49 համարձակ B, C, D;
om. I. — 50 դաւանեցաւ B, C, D; համարձակու-
թեամբ add. I. — 51 զհաւատն C, I. — 52 (այցանեաց-
ընդ որ) այցանաւոր նախտեաց զնոցա մնտի պաշ-
տանն և I. — 53 խզեալ զհերոսն I. — 54 (հ. գ.)
հարեալ I. — 55 (զատուոր - սաստիկ) գան հարին
զնա B, C, D. — 56 (և - բանս) om. I.
2. — 1 ներսէ B. — 2 վասն ի քրիստոսի հաւատոցն
add. B, C; վ. հ. ք. add. D. — 3 ex մախու corr.
— 4 (և էր - գաւթի) և մտեալ ի բանտն եգիս զմն կրանաւոր անուն ներսէս և ուսանէր ի նմանէ քրի-
ստոսեան հաւատս և զտղմոսս և աղաթէին ի միասին ի գիշերի և ի տունըշեան I. — 5 ամոցն B,
C, D. — 6 om. I. — 7 բանտն I. — 8 corr. ex իսրաբուզիս A; իզիս բուզիս B; իսրաբուզիս C; իզիս
բուզիս D. — 9 թարգմանի B, C, D. — 10 (իզիսբուզիս - կրանաւորութեան) ասուածատուր և
ապա եղեալ կրանաւոր և զգեցաւ մազոկն I. — 11 (ամաց չորից) բազում ամաց I; չորից ամոց B,
C, D. — 12 (յար. - պար.) ի պարսից արքայէն I. — 13 (և - նստեալ) որոց նստ. յ. մ. I. — 14 գրան-
տարգ[և]եալ I. — 15 ստղեցին B; ծանուցին I. — 17 (նոցա - հեթէ) եթէ I. — 18 (բանտին - մոզութենէ)
բանտն զի պարսկութենէ I. — 19 անեալ B.

18 (quam - causam) om. I. — 19 sacrificuli I. —
20 sanctam add. I. — 21 quod cum vidissent B,
C, D; et tus adolebat et confestim digressi I. —
22 ligatum B, C, D; om. I. — 23 vanas irrisionibus
perstrinxit I. — 24 (indignatus - graviter) indig-
nati B, C, D. — 25 (barbam - coniecerunt) avul-
sis crinibus et barba impactisque gravibus pla-
gis I.
2. — 1 propter christianorum B, C, D. — 2 rit-
usque christianorum B, C, D. — 3 (erat - Da-
vidis) in carcerem ingressus invenit religiosum
quemdam nomine Narsetem, a quo didicit fi-
dem christianorum et psalmos atque una ora-
bant nocte et interdium I. — 4 menses B, C, D. —
5 Istbuzit man. pr., Izit buzit corr. A; Izit bu-
zit B; Jistbuzid C; Jizit buzid D. — 6 vertitur
B, C, D. — 7 (Isbozetes - suscepit) Adeodatus;
deinde religiosus factus est et cilicium induit I.
— 8 multos I. — 9 menses B, C, D. — 10 (die quod-
dam) qui I. — 11 (iam pr.) om. I. — 12 (ab inf.)
om. C. — 13 (chr. natu) christianorum progeniem
B, C, D. — 14 a Persarum ritu I. — 15 (chr. reli-
gionem) Armeniorum fidem B, C, D. — 16 contu-
melias eum affecerunt add. B, C, D.

ևւ

A եւ քննեալ²⁰, գտին զՍահակ եւ զԵր-
օէս²¹ ի մանկութենէն²² ծնեալ քրիստո-
սեայն²³. եւ զՍտուածատուր²⁴ միայն
գարձեալ ի պարսկութենէն²⁵ ի քրիստո-
սեայնութենէն²⁶: վասն որոյ²⁷ պատանեցին²⁸
զկրօնաւորականն²⁹ զգետնն³⁰, եւ³¹ ծիւ
եւ ապտակէին³², փեռէին զմարտան եւ
տանաց, տարան զնա ի խաչ հանել³³:

3. Եւ կաթողիկոսն Հայոց¹ տուալ
զամենայն քահանայն² խաչիւ եւ
աւետարանաւ, լուցեալ մոմեղինաք եւ
ինկովք³, եւ եկեալ եկաց հանդէպ նա-
հատակութեան սրբոյն⁴ հայցելով⁵ յՍա-
տուծոյ տալ նմա համբերութիւն եւ զա-
րութիւն⁶: Եւ ամեալ⁷ մերկացուցին
զնա⁸ եւ⁹ բեռեկցին ի վերայ փայտին.
ընդ նմին եւ այլ բ եւս արա¹⁰. մինն Պար-
սիկ եւ միւսն Հրեայն¹¹, որպէս զաւագական,
վասն գործոց իւրեանց¹²: Եւ Պարսիկն¹³
անկանէր¹⁴ առ սաս սրբոյն¹⁵, եւ տուալ
զարինախոսն հոգն¹⁶ ամանէր զերեսն¹⁷
տակով¹⁸. «Յիշեալ զի» սուրբ Ստուծոյ.
Չայս արար ըստ նմանութեան անկող-
ման աւագակին: Եւ¹⁹ զհաճայն տուալ
զնա բնութեամբ²⁰ հանին ի խաչ ընդ
անկէ սրբոյն: Եւ զհրեայն ի²¹ ձախմ-
տի ըստ²² աղագակեաց զտուալ ի մագու-
թիւն. եւ²³ ոչ ընկալան: Եւ²⁴ զտուրն Յիզորուզիւն²⁵ նետահար²⁶ արարին ի վե-
րայ խաչին²⁷: Եւ նա²⁸ աղագակելով²⁹ ի վերայ³⁰ չարարաւոցայ իւրոց³¹ անպեղեաց
զհոգին իւր³² առ Ստուած³³, յաւուր կիրակէի յերրորդ ժամուն³⁴:

tem eius monasticam lacerarunt, cucullum minu-
tatim consciderunt, faciem (ei) conspulerunt
colaphisque ferierunt, barbam avulserunt, pu-
gnis cum verberarunt et post plurimas contu-
melias in crucem eum agi iusserunt¹⁷.

SYNAXA-
RIUM
in crucem
agitur.

արարին զհնդուցն³², լքանէին³³ յերեսն³⁴
կոխահարէին³⁶: Եւ յետ բազում³⁷ նախա-

3. Catholicus (1) autem Armeniorum¹, as-
sumptis secum sacerdotibus omnibus cum cruce
et evangelio, cum accensis cereis et turibulis ad-
venit et constitit ex adverso ad (spectandum)
certamen sancti, Deum obsecrans ut ei patien-
tiam ac virtutem² daret³. Et adducentes eum⁴
nudarunt atque⁵ stipiti clavis affixerunt; et
cum eo duos alios homines, alterum Persam Iu-
daeam alterum, tamquam latrones illos, propter
eorum facinora⁶. Et Persa quidem⁷ prociidit
ad pedes sancti⁸, acceptumque pulverem huius
sanguine permixtum faciei suae induxit dicens:
« Memento mei, sancte Dei. » Quod egit ad simi-
litudinem illius dextri latronis⁹. Carnifices eum
violenter arreptum in cruce egerunt ad dex-
tram sancti; Indaeum vero ad sinistram. Qui
iterum iterumque¹⁰ clamitabat se ad magorum
religionem transiturum, neque exauditus est.
Sanctum porro Izbozetam¹¹ in cruce sagittis
confixerunt: qui¹² pro tortoribus suis orans¹³
spiritum suum Deo tradidit¹⁴, in die dominica,
hora tertia.

Armeni
morien-
tem cir-
cumstant

Յիզորուզիւն²⁵ նետահար²⁶ արարին ի վե-
րայ խաչին²⁷: Եւ նա²⁸ աղագակելով²⁹ ի վերայ³⁰ չարարաւոցայ իւրոց³¹ անպեղեաց
զհոգին իւր³² առ Ստուած³³, յաւուր կիրակէի յերրորդ ժամուն³⁴:

20 (ե.ք.) քննեցին եւ B, C, D. — 21 (զահակ եւ
զերօստ) զն. եւ զաւս. B, C, D. — 22 ի մանկութենէն
B; om. C. — 23 (ծնեալ քրիստոսեայն) քրիստոսեայն
զաւս B, C, D. — 24 զմատուր B, D. — 25 պարսից B,
C, D. — 26 նաւաստ հայոց B, C, D. — 27 անարգեցին
զնա եւ add. B, C, D. — 28 (մախո՜ւ պատանեցին)
եւ պատանեցին զսրբոյն աստուածաբար I. — 29 զկրաւ-
նաորութեան C; զկրօնաւորութեան B, D. —
C 30 զանկանէն I. — 31 ծիւ B, D; եւ ծիւ C.
— 32 զկրօնագին B; զկնկուցն C, D. — 33 թքին
C, D; թքին B. — 34 յերեսն A. — 35 ապտակե-
ցին B, C, D. — 36 կոխահարէին C; (ծիւարարին
կոխահարէին) om. I. — 37 om. C. — 38 (բազում
հանել) յոլով հարց եւ փորձ քննութեան հրաման
եւտն խաչել I.
3. — 1 տեր մոլոտոս B, C, D. — 2 (զամենայն քա-
հանայն) զքահանայն ամենայն B, C, D. — 3 բուր-
վատաք e բուրվատիւք corr. C; բուրվատաք, B, D.
— 4 corr. ex նոցա C. — 5 հայցեալ B, C, D. —
6 (համբ. — գաւրութ.) գաւրութիւն համբերել չարա-
բանաց խաչին B, C, D; (եւ կաթողիկոսաւորութիւն) իսկ
կաթողիկոսաւորական հայոց եւ քահանայք լուեալ
զայս կային ի բացեալ հանդէպ խաչին սրբոյն աստուածընկալ
սուրբ նշանան եւ մոմեղինաք լու-
ցելովք մաղթելով յատուծոյ խնդրին տալ զարարթիւն
սրբոյն I. — 7 յաւեսի add. I. — 8 զերանէին
ցեղովք մաղթելով յատուծոյ խնդրին տալ զարարթիւն
սրբոյն I. — 9 (ամեալ-եւ) մերկացուցեալ B, C, D. — 10
(ընդ-արս) եւ ընդ նմա երկու այլս I. — 11 ջնուս B,
I. — 12 (որպէս-եւ) իւրեանց վասն չարեաց իւրեանց
որպէս զաւագական B, C, D; om. I. — 13 զայր
C, D. — 14 (որպէս-եւ) իւրեանց վասն չարեաց իւրեանց
որպէս զաւագական B, C, D. — 15 (զարին.
եւ add. I. — 16 եկեալ անկաւ B, C, D. — 17 երանելոյն I;
յիզորուզիւն add. B, C, D. — 18 եւ ստեր I. —
19 (զայս-եւ) իսկ I. — 20 բունի I; եւ add. B. — 21
ընդ B, C, D. — 22 om. I. — 23 այլ I. —
24 իսկ I. — 25 յիզորուզիւն A; յիզորուզիւն B; om. I. — 26
նետահար C. — 27 (ի վեր. եւ.) om. I. —
28 ըստ նմանութեան քրիստոսի add. B, C, D. — 29
աղագակել B, C, D. — 30 խաչին վասն add. C. —
31 (չար. — իւրոց) չարարաւոցայ I; եւ այսպէս add. B, C, D. — 32 om. I. — 33 յոյսն ամենայնի կա-
տարեալ add. I. — 34 ժամու I.

17 (Machos - iusserunt) et consciderunt sancti
Adeodati religiosam vestem, quem multiplici
cognitione et disquisitione examinatum in cruce
magi iusserunt I.

3. — 1 dominus Moyses B, C, D. — 2 (patien-
tiam - virtutem) virtutem perferendi tormenta
cruis B, C, D. — 3 (catholicus - daret) verum
archiepiscopus (princeps episcoporum) Armeniae
sacerdotesque his auditis, eminus constituerunt
coram cruce sancti cum sancto signo Dei sus-
ceptore cereisque lucentibus Deum precati sunt
ut sancto virtutem daret I. — 4 beatus in tribu-
nal add. I. — 5 (adducentes - atque) nudantes
B, C, D. — 6 (tamquam - facinora) propter eo-
rum scelera tamq. latr. illos B, C, D; om. I. — 7
accedens add. B, C, D; accessit et add. I. —
8 beati I; Isbozetae (Jistbuzi) add. B, C, D.
— 9 (quod - latronis) om. I. — 10 (iter. iter.)
om. I. — 11 om. I. — 12 ad Christi exemplum add.
B, C, D. — 13 < in cruce add. C > precabatur et
sic B, C, D. — 14 (qui pro - tradidit) qui orans
pro tortoribus suis tradidit spiritum suum Deo om-
nium spei, vita functus I.

(1) Vide Comm. prae. num. 21, supra, p. 201.



SYNAXARIUM

4. Եւ մատուցեալ¹ առ իշխանս² քաղաքին քրիստոնեայքն³, եւ խնդրեցին բառնալ զնա եւ թաղել⁴. եւ նորա հրամանն ետուն առնուլ զնա : Գայնձամ գիւմեցին վաղվաղակի հայրապետն⁵, քահանայիւք⁶ եւ ժողովրդաւն⁷, եւ բարձեալ զմարմին սրբոյն⁸ ցիղիարուզտի⁹ տարան ի մեծ եկեղեցին եւ եղին¹⁰ ի տապանի սոգմուխք եւ աւրհնութեամբ¹¹ : Եւ զիսան մատուն արարեալ բաշխեցին ամենայն¹² հաւատացեալոցն¹³ : Կատարեցաւ այս¹⁴ յառաջին ամի թուկանութեանս¹⁵ Հայոց. ի հայրապետութեան տեան Խովսէի¹⁶ կաթողիկոսի¹⁷ :

5. Եւ ես Ներսէս, չարչարակից եւ ընկեր սրբոյն ցիղիարուզայ¹ Սատուածատոյ², արարի զգաւմութիւնս, ի փառս Սատուծոյ³ :

4. Christiani ad principes¹ civitatis adeuntes veniam rogaverunt illum auferendi atque sepeliendi². Qui facultatem dederunt illius auferendi. Confestim igitur adveniens patriarcha et cum eo sacerdotes et populus³, corpus sancti⁴ Isbozetæ⁵ in magnam⁶ ecclesiam elatum transtulerunt atque⁷ in arculam deposuerunt cum psalmis et benedictione⁸. Crucem vero in frusta concidentes universis fidelibus distribuerunt⁹. Perfectum est hoc¹⁰ primo anno ex armenia temporum ratione, sedente patriarcha domno Moyse (1) catholico¹¹.

et funus eius splendide curant.

5. Ego vero Narses sancti Isbozetæ¹ Adeodati in poena socius et sodalis, hanc historiam scripsi ad gloriam Dei².

Narses syngraphe.

4. —¹ քրիստոնեայք add. B, C, D. —² իշխան C. —³ om. B, C, D. —⁴ (բառնալ-թաղել) թաղել զմարմին սրբոյն B, C, D. —⁵ հայրապետն una littera erasa A. —⁶ (առնուլ-քահանայիւք) եկեալ կաթողիկոսն ամենայն ուխտի քահանայիցն B; եկ. կ. ամ. ուխտին քահանայիւք C; եկ. կ. ամ. ուխտիւք քահանայիւք D. —⁷ բ. resc. in ras. A; ժողովրդեամբն B. —⁸ om. D. —⁹ յղիարուզտի A; om. B, C, D. —¹⁰ (ի մեծ եկեղեցին) յաւաչ եկ. եւ անդ եղ. մեծաւ պատուով B, C, D. —¹¹ (մատուցեալ-աւրհնութեամբ) եւ զիմեալ վաղվաղակի եպիսկոպոսացն քահանայիւք եւ ժողովրդիք բարձին զմարմին սրբոյն եւ տարան ի մեծ եկ. սաղ. եւ աւրհ. եղին ի տապանի I. —¹² ամենեցուն I. —¹³ հաւատաց ելոց, una litt. erasa, A; մեծաւ փափագմամբ ինդրողացն add. I. —¹⁴ սուրբ սատուածատոյ իգիտ բուզիտ (իգիտբուզիտ C, D) B, C, D. —¹⁵ թուկանութեանս C, D; թրուկանութեանս B. —¹⁶ (հայրապ. տ. մ.) կաթողիկոսութեանս տէր մովսէսի B, C, D. —¹⁷ om. B; (կատարեցաւ-կաթողիկոսի) om. I.

4. —¹ principem C. —² (illum - sepeliendi) sepeliendi corpus sancti B, C, D. —³ (confestim - populus) adveniens igitur catholicus cum universo ordine sacerdotum B, C, D. —⁴ om. D. —⁵ Iziŭbuzit A; om. B, C, D. —⁶ praecipuam B, C, D. —⁷ illic magno cum honore add. B, C, D. —⁸ (christiani - benedictione) et mature (illuc) se conferentes episcopi cum sacerdotibus et populis extulerunt corpus sancti et in magnam ecclesiam translatum cum psalmis et benedictione deposuerunt in arculam I. —⁹ cupidissime petentibus add. I. —¹⁰ (perf. - hoc) defunctus est sanctus Adeodatus Isbozetes (Iziŭbuzit A; Jiziŭ buzit C, D) B, C, D. —¹¹ (perfectum - cathol.) om. I.

5. —¹ Jiziŭbuzitaj A; Jiziŭ buzit B, C; Iziŭbuzit D. —² (in poena - Dei) sodalis et sancti in poena socius composui sancti historiam ad gloriam Christi... festum eorum agitur februarii XXII; qui pro festum sibi agentibus intercedunt, ut cruciatus intolerabiles effugiant et salutem adipiscantur I.

5. —¹ յիգա բուզտի B; իգիտբուզտի D. —² om. B. —³ (չարչարակից-սատուածատոյ) ընկեր եւ չարչ. սրբոյն ար. զգաւտ. սրբոյն ի փառս քրիստոսի... : կատարի տան սոցա փեարուարի իր : որ են բարեխաւ վասն տանողացս փրկել յաննելի տանջանացն եւ հասանել փրկութեան I.

(1) Vide Comm. prae. num. 21, supra, p. 201; cf. num. 15, p. 199.

DE SS. EUSTOLIA ET SOPATRA VIRGINIBUS CONSTANTINOPOLI

SAEC. VI/VII

COMMENTARIUS PRAEVIUS

H, D.

SS. Eustoliae et Sopatrae

1. Eustolia Romana, piis parentibus orta, a tenera aetate omnium virtutum exercitio dedita erat. Sanctioris vitae desiderio accensa, Urbem relinquens Constantinopolim abiit, ubi ecclesias visitare coepit. Quadam autem die prope templum Deiparae in Blachernis obviam habuit puellam, Sopatram nomine, filiam Mauricii imperatoris (582-602), quae ab ea poposcit ut sibi mater spiritualis et custos fieret. Palatium ergo deseruit Sopatra et

vitam monasticam suscepit. Tum locum sibi dari idoneum ab imperatore postulavit, et oratorium cum monasterio aedificavit, ubi cum Eustolia aliisque virginibus quae parvi vitae desiderio tenebantur, commorata est. Post multos annos Eustolia decessit, cuius in locum successit Sopatra, quae et ipsa summis virtutibus ornata ad caelum migravit. Haec ad diem 9 novembris leguntur in synaxariis (1); in menologiis vero reperta non

(1) Synax. Eccl. CP., p. 207.

est